



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,  
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis  
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,  
Et Vitiis Contrariis, In ...**

Continet Tractatus De Conscientia, De Peccatis, De Legibus, De Fide, Spe,  
Et Charitate

**Castro Palao, Fernando de**

**Lugduni, 1669**

Disputatio II. De Infidelitate, quae est vitium contrarium fidei.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76540](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76540)

alleg. 61. n. 25. Accepta tamen possessione si intra duos mensis professionem facere omittis, toto tempore quo ita perfelis non facis fructus tuos, etiam si postea professionem emittas...

15 Cum autem in Tident, dicitur professionem beneficij omittenti fidei professionem non suffragari, non est intelligendum titulum beneficij, & possessionem ipsam reddi nullam in se...

16 Sed est difficultas, an omittens hanc fidei professionem nulla spectata sententia saltem declaratoria criminis teneatur restituere fructus perceptos? Affirmat Azor tom. 2. lib. 7. cap. 2. quæst. 1. in fine...

Ceterum est iustissima sententia satis fit probabilis, probabilior mihi videtur sic omittentem non teneri fructus restituere, quovis sententia declaratoria criminis adveniat? sic Navar. consil. 11. n. 1. de iureiur. in 2. edit. Sanchez lib. 2. cap. 5. n. 10. Man. Rodriguez tom. 2. regul. 99. q. 72. art. 3. Barbosa 3. part. alleg. 61. n. 28. Præcipua ratio est, quia decretum hoc est penale...

17 Verum est ante omnem sententiam declaratoriam criminis teneri fructus restituere: ac hoc intelligendum esset, si in culpa fuisset omittens fidei professionem: nam si ignarus decreti Tidentini, vel illius immemor omittens, nullo modo in conscientia obligatus est restituere, sed omnes fructus facis tuos, ac si verè professionem emisisset; quia privatio fructuum est poena, quæ actate non potest, ubi culpa non præcedit: sic tenet plures referens Sanchez n. 13. Garcia n. 66. Vgolin. n. 5. Azor lib. 7. cap. 2. q. 2. Barbosa n. 29 & alij apud ipsam, Ex quo...

infert Sanchez, & Azor te non amittere fructus, si procurator cui mandatum dediti faciendi fidei professionem, non fecit te infelo absque culpa, quia est eadem ratio.

18 Sub nomine fructuum, quibus omittens professionem fidei privatur, alicui potest videri comprehendi distributiones quotidianas, etiam si in illis glossa non constiterit, & annuatim, quia hæc etiam videntur esse præbendæ fructus, siquidem nisi in præbenda proutus esses, ea obtinere non posses.

Ceterum dicendum est non comprehendi has distributiones quotidianas, & annuatim, quia est alius à Canonico eas non lucretur; at non sunt fructus canonicatus, sed ministerij personalis, & canonicatus, est solum conditio: & ita tradit Azor tom. 2. lib. 7. cap. 2. q. 3. Stephan. Gratian. discipul. forens. cap. 166. n. 22. Sanchez lib. 2. in Decalog. cap. 5. num. 10. sine. Gonzalez ad regul. 8. cancell. §. 6. proxm. n. 170. Barbosa alleg. 61. n. 30. Garcia illo cap. 3. n. 60. Aloysius Riccius in collect. decis. collect. 1451. & alij.

19 Quibus autem hi fructus applicandi sint, cum debent restitui, Concilium non determinat. Azor cap. 2. quæst. 3. & Sanchez illo n. 10. dicunt pauperibus, vel fabricæ Ecclesiæ, aut alteri pio loco applicandos esse: quod de beneficiis curam animarum habentibus, & de dignitatibus, personaribus, & officiis habentibus fructus extra mensam capitularem intelligendum est, iuxta decretum Tidentini sess. 22. cap. 3. de reformat. dicentis fructus horum non residuum applicandos esse fabricæ, si indigeat, vel alteri pio loco, arbitrio episcopi. At si canonicatus, vel dignitas habeat fructus in mensa capitulari, existimat Barbosa de potestate Episcopi, 3. par. allegat. 61. in fine, cum Garcia 3. p. de benef. c. 3. à n. 40. restituendos esse Capitulo, sicut fructus non residuum, aut excommunicatorum. Et addita esse restituendos Capitulo, ut non possint se componere cum Capitulo soluta al qua parte, neque ordinarium condonare illam restitutionem posse. Alicui videbitur probabile hos fructus applicari posse pauperibus, fabricæ, vel alteri pio loco, & non esse necessarios reddendos Capitulo, sicut fructus non residuum; quia omittens professionem verè extitit à Capitulo fructus, & fecit suos, interim dum non condemnatur; quod secus est in excommunicatis, & non residuum. At credo probabilius esse, Capitulo esse reddendos adveniente sententia. Nam illi fructus sunt Capituli, quos non transfert in omittentem fidei professionem, nisi dum sententia declaratoria criminis non est. Ergo stante illa sententia reddendi sunt fructus Capitulo, ac si nunquam à Capitulo essent extacti.



DISPUTATIO II.

De infidelitate, qua est vitium contrarium fidei.

IN præcedenti disputatione explicuimus essentiam fidei, eiusque obligationem. Restat de vitio contrarium disputare, & illorum remediis. Duplex est vitium contrarium fidei. Primum infidelitas. Secundum hæresis. Hæc inter se distinguuntur tanquam continens à contento, infidelitas enim fidei quoad omnia opponitur: hæresis quoad aliquam partem; vel ut aliis placet, infidelitas est vitium hominis nolentis fidem suscipere; hæresis, iam susceptam relinquens. In præfata disputatione agemus de infidelitate, & illius remediis; in sequenti de hæresi.

PUNCTUM I.

Quid infidelitas sit, & quotplex.

- 1 De qua infidelitate sit sermo.
2 Triplex est infidelitas, & earum definitio apponitur.
3 Distinguitur essentialiter affirmant aliqui.
4 Probabilis est oppositum.
5 Satisfit contrariis rationibus.
6 An satisfacias confessioni, si dicas te deseruisse fidem, quin declares, fuerint Paganismo, Iudaismo vel hæresi?
7 Comprehdendatur ne omnis infidelitas sub his tribus infidelitatis speciebus, Proponitur ratio dubitandi.
8 Resolvitur comprehendit.
9 Satisfit contrariis.
10 Quid de Apostasia dicendum est?
11 Hæresis est omnium gravior infidelitas, tamen Paganismus magis extendatur.

1 Quomodo in præfata non de infidelitate veritati contraria, sed de infidelitate contraria fidei, vitium theologice. Hæc ergo definitur potest, ut sit peccatum ex natura sua...

excludens fidem supernaturalem; non enim potest fidem excludere, nisi fidei contraria sit. Contingit autem hoc dupliciter. Primò, si ex errore, vel malitia nolens auditum præbere proponenti veritatem nostræ fidei, quando te esse ad id obligatum cognoscis. Secundò, si propositæ sufficienter veritati non assentiaris. Primum peccatum dicitur omissionis: secundum commisionis. Quodlibet autem ex his peccatis est peccatum gravissimum, quia excludit medium necessarium ad salutem: quod debet quilibet Christianus suscipere, eaque de causa dixit Christus Ioan. 3. *Quis non credit, iam iudicatus est, quasi dixerit, iam habet super se iudicium, & condemnationem.*

2. Hæc autem infidelitas triplex est, Paganismus, Iudaismus, & hæresis. Divisio est communiter recepta à Doctoribus cum D. Thom. 2. 2. q. 10. art. 5. & ibi Bannes, Valent. *disp. 1. q. 10. p. 3. Arag. quest. 4. art. 1. Maldet. art. 5. Bonacina disp. 3. quest. 2. punct. 6. Suarez de fide disp. 16. sect. 4. disp. 18. dub. 6.* Paganismus est, quando nullius mysterij revelati fidem habes Iudaismus, quando credis veteri testamento, non tamen nouo. Hæresis, quando alicui veritati siue ex nouo, siue ex veteri Testamento fidem negas: vel aliter dicere potes, Paganum esse, qui integrè à fide Christiana recedit, Iudæum, qui recedit à veritate, quam figurè ab ipso credente denotabant: hæreticum, qui fidem proficitur, at aliquos articulos illius negat. Quod autem communiter dicitur, Paganismum esse negationem fidei nunquam susceptæ, Iudaismum esse negationem fidei in figura susceptæ, & hæresim negationem fidei in se ipsa susceptæ, probari mihi non potest: sicut neque probatur Lorcz 2. 1. q. 10. art. 5. n. 4. Coninch *disp. 18. dub. 6. n. 2.* Suarez de fide *disp. 16. sect. 4. num. 8.* Quia esse susceptam fidem vel non esse susceptam fidem transiit ad Paganismum, vel Iudaismum. Ergo Paganismus, vel Iudaismus non petit necessariò non esse fidem in se susceptam, sicut esse verè Catholicum non pendet, an fuerit antea Paganus, vel Iudæus. Item si proposita fide tibi, neges aliquem articulum, & omnes alios amplectaris, hæreticus es censendus, & tamen nunquam fidem suscepisti. Ergo ad hæresim susceptio fidei non expellitur. Deinde sibi hæreticorum parentum erroribus interit verè hæretici nominantur, est nunquam fidem susceperunt. Ergo ex susceptione fidei distingui infidelitas non potest. Restat ergo, vt ex obiecto distingatur: Quapropter integra negatio fidei est Paganismus, Iudaismus, negatio Christi. Hæresis negatio alicuius veritatis à Christo revelatæ.

3. Sed inquires, an hæc divisio sit generis in species, & consequenter an hæc essentialiter distinguantur? in quo Caietan. Bannes, & Aragon. *d. quest. 10. art. 5.* affirmatiue respondent. Primò, quia eadem virtuti possunt varia vitia specie diuersa opponi. Secundò, quia deficere à fide suscepta, in Baptismo promissa, distinctum quid est ab eo, quod est deficere à fide nulli promissa: sicuti deficere in castitate promissa, vel non promissa. Tertio, quia necessariò fatendum est in confessione ad quod ex illis tribus deflexeris, an ad Paganismum, Iudaismum, vel hæresim: neque videris satisfacere, si solum dicas te à fide deficisse.

4. Caterum probabilis est non distingui essentialiter, sed solum accidentaliter penes magis, & minus. sic Suarez de fide *disp. 16. sect. 4. n. 8.* Coninch *disp. 18. dub. 6. n. 64.* Ratio est, quia omnes illæ sectæ priuant eadem fidem, & cum illa habent eandem oppositionem. Ergo non sunt specie diuersæ. Consequencia est legitima, quia ex nullo alio capite diuersitas specificæ in peccatis sumi potest, præterquam ex oppositione ad virtutem. Antecedens probatur, quia tota oppositio eam virtutem fidei, in Paganismo, est negatio totius fidei, hoc est, omnium mysteriorum, quæ à fide Christiana proponuntur. Iudaismus est negatio mysteriorum legis Euangelicæ; hæresis est negatio aliquorum mysteriorum veteris, vel noui Testamenti. Ergo est oppositio non formaliter diuersa, sed materialiter, siquidem tam Paganismus, quam Iudaismus, & hæresis in neganda veritate diuinæ revelationis conveniunt, & solum differunt in negandis pluribus, vel paucioribus veritatibus revelatis.

5. Neque obstant contraria.

Ad primum, dico posse varia vitia specie diuersa opponi virtuti: nego tamen Paganismum, Iudaismum, & hæresim, quatenus fidei contraria sunt: diuersimodè opponi.

Ad secundum, concedo deficere à fide suscepta non constituere speciem diuersam: aliàs Paganismus, vel hæresis hominis baptizati esset specie diuersus ab eo, qui est in homine non baptizato. Neque exemplum de castitate promissa vrget, quia ibi est diuersum peccatum; quia est contra votum & promissionem Deo factam, & consequenter contra specialem virtutem religionis: ex præcisa susceptione fidei non fit talis promissio. Ergo.

Ad tertium, Valent. *disp. 1. quest. 10. punct. 3. vers. hic ita explicitus*, dicit extra controversiam esse paganismum, & Iudæorum perfidiam, & hæresim ad eòdè malum in se differe, vt necessariò debeat quis in confessione explicare, ad quam infidelitatem ex istis deflexerit: quinimo arbitratur qua-

litem erroris etiam particularis, in quem quis incidit, exponendam esse in confessione: multum namque interest, vtrum negaueris mysterium, v.g. sanctissimæ Trinitatis: an solum quod Paulus fuit Hierosolymis. Item vtrum ad Mahometismum an ad superstitionem aut idololatriam deflexeris, quamvis hæc duo notat Caietan. *suprad. q. 10. art. 5.* pertinere ad eandem speciem infidelitatis, nempe paganismum.

6. Hæc tamen doctrina verissima est in sententia asserente circumstantias aggravantes esse necessariò confitendas: at posita sententia probabilis solum peccata specie diuersa manifestanda esse in confessione, est difficultas an satisfacies obligationi, dicendo te fidem, deflexisse, quin declares, fuerint paganismum, Iudaismum, vel hæresis vitio; et quidem si præcisè attendantur hæc, quatenus virtuti fidei opponuntur, credo te satisfacere: at qui virtualiter, & implicite religioni etiam opponuntur, necessariò declarare debes, ad quam sectam deflexeris: quælibet enim ex illis sectis habet suas distinctas ceremonias vanas, & cultus sacrilegos quos, amplectendo sectam, amplecteris; & ratione hominum debes in confessionem manifestare, deflexisse ad paganismum, Iudaismum, vel hæresim. Item quælibet fidei negatio continet quendam blasphemiam aduersus Deum, & eius fidem: quia iniuriat Deum, & inhonestat, sed negari non potest esse blasphemiam specie diuersam in plurimum articulo negationibus negare namque Christi diuinitatem gratius, & iniurius est Deo, quam negare esse in ecclesia sacramentum Confirmationis. Ergo pro diuersitate harum blasphemiarum, manifestanda sunt iurisdicte infidelitatis species in confessione; etià propter oppositionem cum fide manifestandæ non sint. Atqui paganismus plures blasphemias dicit aduersus Deum, quam Iudaismus, vel hæresis: Item in paganismum negante vnum Deum, læditur diuinus honor, cuius tamen læsio peccatum est specie diuersum ab eo, qui Deum admittens reliqua negat: Ergo necessariò manifestandum est in confessione: & ita expresse docet Coninch. *de fide disp. 18. dub. 6. n. 69.* Suarez *disp. 16. de fide sect. 4. n. 74.* Sanchez libro 2. cap. 7. num. 17.

7. Secundò inquires, an hæc divisio comprehendat omnes infidelitatis species: Et videtur non comprehendere, quia non comprehendit Turcismum: siquidem Turcismum aliqui credit ex veteri Testamento, & aliquid ex nouo. Ergo neque est paganismus, neque Iudaismus, neque hæresis. Secundò aliqui faciunt hæretici admittentes nouum Testamentum, & non vetus; sed hi non erant pagani, neque Iudæi neque hæretici. Ergo non est diuisio sufficiens. Tertio in lege naturæ, & in lege veteri esse poterat hæresis, si Iudæus non crederet omnibus à Deo revelatis. Quarto Atheismus videtur specie distinctus à paganismum, in quo vnus Deus colitur, Quintò Apostasia est speciale peccatum contra fidem, & tamen neque est paganismus, neque Iudaismus neque hæresis, ergo.

8. Nihilominus asserendum est diuisionem esse sufficientem, comprehendereque omnes infidelitatis species, quod sic declaro: nam peccato infidelitatis peccati non potest, nisi aduersus reuelata in duplici Testamento veteri, & nouo, sub quo comprehendendo fidei traditiones: peccare autem aduersus hæc tripliciter contingere potest, primò, negando vtrumque Testamentum: & hoc est paganismum. Secundò admittendo vetus, negando nouum, & tunc contingit Iudaismum. Tertio admittendo nouum, vel vetus non integrè, & tunc est hæresis. Item per ordinem ad Christum Dominum, qui est author fidei & salutaris, declarari potest sufficientia huius diuisionis: nam si Christi aduentum, eiusque prophetias, & figuras negas, paganus es: si admittis prophetias, & figuras, negas aduentum, Iudæus existis: si admittis aduentum, eiusque dictis integrè fidem non habes, hæreticus es. Ergo nullus alius infidelitatis casus excogitari potest.

9. Neque vrgent rationes in contrarium.

Ad primam dico Turcismum sub paganismum comprehendis, quia non admittant Christum redemptorem, & licet aliqua credunt, quæ nos aut Iudæi credunt, quia tamen non credunt illa, vt à Christo reuelata, sed vt à Mahomete dicta, ideo pagani absolute nominandi sunt.

Ad secundam dico admittentes nouum Testamentum, & non vetus esse veros hæreticos, eo quod nouum Testamentum ex parte negabant, licet sibi contrarium visum fuerit, quia vnus veritatis noui Testamenti est, vetus Testamentum fuisse à Deo reuelatum.

Ad tertiam dico diuisionem infidelitatis in paganismum, Iudaismum, & hæresim per ordinem ad Christum Dominum, & nouum, & vetus Testamentum esse de infidelitatibus: quæ pro præsentis statu occurrere possunt, non de aliis, quæ legè nature, & scripta poterant contingere: nam in lege nature, & scripta esse non poterat Iudaismus, quia Christus non erant aduentus, & consequenter pro illo statu non erat legitima diuisio. Si autem pro omni statu velis infidelitatem diuidere in solum paganismum, & hæresim, est diuisio faciendæ, & paganismum affirmare debes esse infidelitatem, quia nullam Dei reuelationem admittis, hæresim, quia aliquam admittis falsam materialiter, aliam negas. Adde Iudæos deficientes à fide, quam

quam protestabantur, verè dici posse hæreticos esse, sicuti dicuntur hæretici, qui à fide Christi desunt.

Ad quartam respondeo Atheismum non esse distinctum specie à paganismò, in quo vnus Deus colitur, sed distinguitur ab illo penes maiorem, vel minorem extensionem; sicut non distinguitur specie hæreticus, quin plures articulos negat à negante gauciores cum autem paganismus consistat in negando Christum Dominum, siue in se, siue in figuris, quantumvis paganus credat vnq̃ esse Deum, hoc non efficit esse hæreticum, quia illud non credit tanquam à Deo reuelatum, & à Christo Domino dictam.

Ad quintam dico te non posse recedere à fide, nisi sis Paganus, Iudeus, aut hæreticus; quia si recedis, vel ex toto, vel ex parte recedis: si ex toto, es paganus: si ex parte, admitendo Christi aduentum, hæreticus: si negas eius aduentum, Iudeus.

10 Solum esse potest difficultas, an recedere à fide suscepta animo ibi permanenti, in quo secundum omnes Apostasia consistit, sit species infidelitatis distincta ab illis tribus enumeratis, vel aliqua illarum circumstantia necessariò in confessione explicanda? Pro cuius resolutione vt certum supponendum est totam malitiam essentiali apostasie repetiri in hæretico baptizato negante vnum articulum fidei, sicut si omnes negarent & ad Iudaismum, vel paganismum transiret. Quia tota, & essentialis apostasie malitia sita est in iniuria, & contemptu facto fidei, illam relinquendo, cum autem per hæresim fides Christi relinquatur, & Christus despiciatur; & efficitur sanè in hæresi apostasiam propriè esse. Fateor tamen per antonomasiam apostasiam dici de Iudaismo, & paganismò, atque adeò apostatam propriè dici de eo, qui totam fidem Christi, cuique nomen abnegat; non de eo, qui retinens Christianum nomen à Christo discedit: sic multis relatis Sanchez. lib. 2. in Decal. cap. 7. num. 15. Farinae. tract. de hæresi. quæst. 183. §. 2. Suarez de fide disp. 16. sect. 5. à n. 3. Hoc supposito.

Dicendum est non esse apostasiam à fide aliquam speciem infidelitatis distinctam à paganismò, vel Iudaismo, ad quem quis accedit. Ratio est, quia vt est distincta species infidelitatis, debebat aliquid ex fide negare, quod per paganismum, vel Iudaismum negatum non esset: at hoc nullo modo contingit, sed idem profertur negat paganus baptizatus, ac non baptizatus. Ergo, Et confirmo. Apostasia in hoc formaliter consistit, vt desinat quis fidem iam susceptam; sed desinere fidem iam susceptam præcisè non est species infidelitatis, sed ad summum est genus peccati contracti per paganismum, vel Iudaismum, vel hæresim. Ergo apostasia non est species distincta ab illis tribus. Deinde quia si apostasia à fide esset species aliqua distincta à paganismò, vel Iudaismo, vel esset hæresis, vel alia ab his tribus distincta: hæresis esse non potest; tum quia non est negatio fidei ex parte: tum quia in vno subiecto duplex infidelitatis species simul existeret. Si autem esset species distincta ab illis tribus, dicitur D. Thom. & cum eo reliqui Theologi eumellassent species infidelitatis. Ergo dicendum est apostasiam non esse speciem infidelitatis distinctam: ita tenet Pelicius 2. 2. q. 11. D. Thom. disp. 1. Suarez plures referens de fide disp. 16. sect. 1. n. 8. Neque obitat apostasiam penes hæreticorum puniiti, quia optime puniri potest, si Ecclesie per Baptismum subiectus fuit, eo quod à fide suscepta recedat. Verum est apostasia à fide non sit species aliqua infidelitatis distincta à paganismò, vel Iudaismo: est tamen illius circumstantia: vt dixit D. Thom. 2. 2. quæst. 12. art. 1. Negari enim non potest ad minus esse circumstantiam aggrauantem, siquidem ex desertione fidei in Baptismo susceptæ, & professæ, aggrauatur peccatum paganismi. An verò hæc grauitas sit necessariò in confessione aperienda, non omnes conueniunt: qui enim negant circumstantias aggrauantes esse necessariò manifestandas in confessione, consequenter negare debent esse manifestandam hanc circumstantiam: aliàs obligaretur peccans contra castitatem, iniustitiam, castitatem habere: at qui circumstantias aggrauantes affirmant esse manifestandas, & de hac circumstantia id affirmare debent. Adde non esse improbabile esse circumstantiam non tantum aggrauantem, sed mutantem speciem aduersus religionem; videtur enim specialis iniuria, & irreuerentia fidei per Baptismum susceptæ eam deserere.

11 Tertiò, Inquires, quænam ex supradictis speciebus infidelitatis sit grauior? Cui dubitationi optimè respondet D. Thom. 2. 2. quæst. 10. art. 6. & ibi eius expositores, Bannes, & Aragon. Valcor. disp. 1. q. 10. p. 3. circa finem. Suarez disp. 16. de fide sect. 4. n. 14. Coninch disp. 18. dub. 6. à n. 70. hæresim esse infidelitatem omnibus grauiorem absolutè; quoad extensionem verò paganismum esse grauiorem. Prior pars probatur, quia hæretici maiorem Dei, & scripturarum cognitionem habent, & proinde eorum peccatum magis est voluntarium, & inexcusabile. Secundo, quia sub nomine Christi Christum oppugnant, & simulantes cum illo amicitiam, illi sunt inimici, cuique factis verbis, & testimoniis sub simulata religionis specie ad religionem destruendam abutuntur: de quibus dixit Petrus epist. 2. cap. 2. Melius erat illis non cognoscere viam iustitiam, quam post agnitionem retrosum reueri ab eo quod illis fecit, de Castro Sum. Mor. Pars I.

tradium est sanctio mandato. Secunda pars conclusionis de se constat, siquidem paganismus plures articulos fidei negat, quam Iudaismus, vel hæresis.

PUNCTUM II.

Vtrum infidelis possit habere ignorantiam inuincibilem omnium illorum, quæ fides proponit credenda.

- 1 Potest esse ignorantia inuincibilis mysteriorum supernaturalium, Incarnationis, Trinitatis, &c.
- 2 Circa quodlibet mysterium lumine natura notum potes habere ignorantiam inuincibilem.
- 3 Cum hac ignorantia potes culpabiliter aliis erroribus inuolui.
- 4 Proponitur quadam obiectione. An hic peccet contra fidem, & illam perdat.
- 5 Satisfit supradictæ obiectioni.

1 Potesse haberi ignorantiam inuincibilem mysteriorum supernaturalium, Incarnationis, Trinitatis, & similibus, constat ex sæpè dictis, quia hæc cognosci non possunt, nisi proponantur, at sæpè propositio desicit. Ergo. Neque valet dicere nemini negari à Deo media ad salutem necessaria; quia hoc verum est, si diuinæ gratiæ recipiendæ impedimentum non præstas: at præstare potes hoc impedimentum multiplicando peccata. Quod si verget. Ergo iam ignorantia culpæ tuæ tribuenda est, siquidem Deus illam à te expelleret, nisi culpam committeres. Dico tribuendam esse tuæ culpæ; non tamen obinde sequitur ignorantiam in se culpabilem esse, quia ad hoc, vt ignorantia in te culpabilis esset, debebas aliquo modo cognoscere tuis peccatis impedimento esse illam expellendi, & insuper debebas scire obligationem illam expellendi: quæ omnia facillimo negotio ignorari à multis possunt.

2 Dico secundo, te posse habere ignorantiam inuincibilem fidei supernaturalis circa quodlibet mysterium lumine natura notum, v. g. circa Deum, cuiusque omnipotentiam iustitiam, & bonitatem, quatenus sunt à Deo reuelata. Ratio est eadem ac in precedenti conclusione, quia hæc esse à Deo reuelata, obiectum est supernaturalis; sed obiectum hoc supernaturalis virtutibus natura cognoscere non valet. Ergo indiges aliquo per diuinam fidem proponente: hoc autem carere potes, Ergo potes inuincibiliter carere cognitione Dei, quatenus per fidem supernaturalem reuelatur, & ita tenet, & optimè probat Suarez de fine disp. 17. sect. 1. à num. 3. Coninch disp. 18. dub. 1. concl. 3. num. 19.

3 Dico tertiò, fidelis in infantia baptizatus, & inter infideles, vel hæreticos nutritus, poterit hanc ignorantiam inuincibilem fidei supernaturali habere ratione supradictæ: & insuper poterit culpabiliter pluribus erroribus aduersus Deum inuolui credere enim potes culpabiliter vel plures esse Deos, illicque adolere; potes credere animam rationalem non esse immortalem, mendacium, fornicationem, & alia natura rationali contraria licita esse: non tamen obinde licite amittere fidem, si ignoras inuincibiliter hæc omnia fidei diuinæ contrariari, sic Suarez, & Coninch supra. Probo, quia fides supernaturalis amitti non potest, nisi per peccatum infidelitatis, vt definit Trident. sess. 6. can. 11. Sed ille fidelis illis erroribus assensiens, non peccat peccato infidelitatis formaliter; siquidem infidelitas est dissentus à primæ veritate reuelante, sicut fides est assensus primæ veritati reuelanti: at ille infidelis ignorat inuincibiliter primam veritatem tale mysterium, cui ipse dissentit, reuelasse. Ergo non potest voluntariè à primæ veritate reuelante dissentire. Ergo non peccat peccato infidelitatis formaliter. Ergo non amittit fidem ex illo peccato.

4 Dices, hic fidelis talibus erroribus culpabiliter inuoluitur peccat contra illam virtutem, quæ obligat veram de Deo habere cognitionem, & omnia falsa, & contraria respicere: sed hæc virtus non videtur alia præter fidem. Ergo peccat contra fidem, ergo amittit fidem. Item cum his erroribus neque actus fidei, neque pia affectio in voluntate compari potest. Ergo neque habitus fidei, Deinde ille verè est idololatra, & paganus, seu hæreticus. Ergo non potest esse fidelis.

5 Respondeo ad primum peccare contra illam supernaturalem virtutem, quæ dicitur veram de Deo cognitionem, & falsam respicere, quæ est fides supernaturalis, sed non peccare aduersus illam formaliter, sed tantum materialiter, eo quod non cognoscit obiectum, cui talis error opponitur sub illa virtute contineri. Adde non ex quolibet peccato contra fidem amitti fidem, nam omittere actum fidei debito tempore, est contra fidem & non perditur ex illo fides. Item error etiam culpabilis, si non adest pertinacia, non excludit fidem. Ergo etiam si daretur peccare talem fidelem aduersus fidem, cum non sit pertinax, non inferret amissionem fidem.

Ad secundam concedo, cum talibus erroribus actum fidei etiam illam veritatem compari non posse, bene tamen habitum; quia

quia habitus est potentia. quæ seculo illo impedimento erroris in actum prodire poterit.

Ad tertium dico illum esse non formaliter, sed materialiter paganus, & hæreticus; cum paganismo autem, & hæresi materialiter stare optime potest habitualis fides.

PUNCTUM III.

Sintne opera omnia infidelis, & hæretici peccatum, vel possint esse aliqua opera bona.

1. Proponitur hæreticorum error omnia nostra opera esse peccatum.
2. Quilibet infidelis multa bona opera moraliter prestare potest.
3. Explicantur loca Scripturae n. r. adducta, & fit satis fundamentum hæreticorum.

**N**ON desunt hæretici, qui ut gratiam Christi videantur extollere, ita nostra opera extenuant, & militant, ut asserunt omnia esse peccata, si ab homine infideli, hæretico, imò peccatore fiant. Fundamentum eorum, sunt aliqua loca Scripturae, & Patrum, perperam intellecta. Primò adducitur locus *Isai. cap. 1. & 66.* ubi malorum Iudæorum sacrificia reputantur à Deo abominatioes, & loco cuiusdam sacrificij reprobatum habentur. Secundò *Matth. 7.* ubi arbor mala dicitur non posse bonos fructus facere. Tertio ad *Roman. 14.* Omne quod non est ex fide, peccatum est, quod de fide Catholica exponit Augustinus. Quarto ad *Titum. 1.* coinquinatis autem, & infidelibus nihil est mundum, sed coinquinata est eorum mens, & conscientia; & quinto ad *Hebr. 11.* dicitur sine fide impossibile est placere Deo. Ex quibus omnibus colligi, videtur sine fide nihil placitum, nihil Deo gratum fieri posse, ac proinde omnia esse mala & peccata. Secundò probant auctoritate, præcipue Augustini *lib. de prædestinatione Sanctorum, c. 10. & lib. 4. contra Iulianum, c. 3. & lib. 1. de nuptiis, cap. 3. & in præfat. ad Psalm. 31. & lib. 3. de civitate Dei, cap. 4.* & alibi sæpe, affirmantis omnes infidelium actiones vitia esse, & peccata, neque in illis aliquam virtutem adesse: consentit Chrysostomus, *serm. de fide, & lege. & Spiritu sancto. Prosper lib. 1. de vocat. gent. c. 7. Fulgent. lib. 1. de Incarn. c. 26.* Tertio ratione suaderi potest, quia bonum opus esse non potest sine relatione ad Deum verum, sed infidelis carens cognitione veri Dei, in verum Deum referre opera sua non potest. Quod si dicas ad bonitatem moralem operis non esse necessariam relationem operis in Deum factam ab operante; sed sufficere relationem ipsiusmet operis, quam habet, quando ex se bonum, & honestum est; contra fit, quia nulla creatura diligibilis est ab operante, propter ipsam, sed propter Deum; alius in creatura constitueret operatur ultimum finem, si autem opera, quæ infidelis facit, non referat in Deum, ut in finem ultimum, sed sistit in ipsis; ea diligat propter ipsa, atque adeò in illis finem ultimum constituit. Ergo peccat, Confirmari potest, quia operari ob finem vanæ gloriæ id est peccatum est, quia in creatura sistit operans, tanquam in fine ultimo. Ergo si infidelis actiones virtutum moralium operatur, sistens in illis tanquam in ultimo fine peccabit. Denique rarus est infidelis, qui in venerationem subitum idolorum, se, omniaque sua, aliquando non revertitur. Ergo ex tali relatione omnia opera illius redduntur maculata, sicut redduntur bona, ex relatione, quam fidelis in Deum habet, iuxta illud *Luce 11. Si oculus tuus simplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit; si autem nequam fuerit, totum corpus tuum tenebrosum erit.*

2. Nihilominus verè, certaque sententia est quemlibet infidelem posse & de facto facere plura opera bona moraliter, sic D. Thom. communiter receptus *2. 2. q. 6. art. 4. Valent. disp. 1. quest. 10. punct. 2. Sanchez plures referens de fide, disp. 17. sect. 3. n. 2. Bellarm. lib. 5. de gratia, & libero arbitrio, cap. 9. Coninch disp. 18. dub. 6. à n. 40.* Probatum potest ex pluribus Scripturae locis, in quibus facta infidelium laudantur à Deo, & digna præmio reputantur. *Exod. 1.* laudavit obsecrantes, quia abstinent ab infanticidio Hebræorum per regem imperato, & ob eam causam multiplicavit Deus eorum posteritatem. *1. Reg. 17.* laudantur Bethellai Galaadites, & alij suppeditantes Davidi, & eius exercitui necessaria. *3. Reg. 11.* placatus fuit Deus poenitentia Achab, & *Iona 3.* ob Ninivitarum poenitentiam minata supplicia suspendit. *Dan. 4.* suadetur Nabuchodonosori poenitentia elemosinis redimere: Ergo præsupponit Scriptura infideles posse aliqua bona opera moralia facere ex aliquali gratia Dei, quibus Deus moveatur, & excusetur uberiori gratiam concedere. & à poenis emeritis abstinere. Ex Patribus autem plura testimonia adducit Valent. Coninch. Suar. Bellarm. & alij supra Ratione autem probatur, quia plura sunt ex se honesta, & laudabilia, ut honorare parentes, succurrere miseris, largiri elemosinam, impedire peccatum: quæ si gratis sui fiant, honestam reddunt actionem; sed quicumque infidelis lumine naturæ hanc honestatem cognoscens potest illam appetere, & ex

illius affectu operari. Ergo operatio illius bona, & honesta est. Neque ad hanc honestatem requiritur relatio actualis in Deum, sufficit tacta, & virtualis, quam habet honestas operis, aliàs nullus esset actus virtutis moralis. Neque inde fit in creatura ultimum finem constitui, quia non diligitur, ut summè bona, neque diligitur creatura, quæ ad Deum saltem virtualiter non referatur, quod dico propter inanem gloriam, quæ se sola non valet honestam actionem terminare, quia virtualiter ad Deum non referatur. Ex quibus solum manet fundamentum contrariæ sententiæ à ratione petitur. Illud verò, quod addebat de infideli referente omnia sua opera in honorem falsi nominis, non est contra nostram doctrinam, etiam si gratis concedamus omnia illius opera ex illa relatione extrinseca maculari; quia nos solum diximus infidelem ratione infidelitatis non maculare omnia sua opera, sed posse retenta infidelitate plura opera bona moraliter facere, nihil de hac relatione extrinseca definiens. Verum ut quid in hac re sentiendum sit cognoscatur, existimo non maculari omnia opera infidelis referentis se, & sua in honorem idoli, nisi relatio ipsa acta, vel virtute existat, aliàs non valet opera denominare, neque opera illa dici possunt facta ex tali relatione: virtute autem dicitur existere relatio, quando in aliquo effectu producta, qui causa est operis aliàs boni, relatio actualis perseverat. Nam licet aliqui dicant, quoties non retractatur, denominatur opera quæcumque fiunt, hoc non est verum, quia illa est solum quædam perseverantia habitualis insufficientis opera denominare; siquidem ex illa non procedunt opera. Adde quoties opus exequatur ex motivo honesto, videris retractare relationem priorem factam ad idolum; sicut cum peccatum veniale committis, retractas intentionem qua omnia tua opera in Deum referas.

3. Neque adversus hanc doctrinam procedunt loca Scripturae pro sententia hæreticorum relata, si bene expectantur.

Ad locum *1. Iacobi* dico sacrificia, & solemnitates Iudæorum esse Deo ingrata, quia prava offerentiam circumstantia vestiebantur; intendebant enim Iudæi illis sacrificijs Deum iam placare, ut quantumcumque peccata multiplicarent, & in illis tollerentur, non essent puniendi, sed potius in orationibus exaudiendi.

Ad locum *Matth. dicitur* primò nomine arboris malæ, malam & pravam voluntatem intelligi, ex qua fructus bonus prodire non potest, at non est necesse infidelem habere semper hæc pravam voluntatem. Secundò admittit intelligi nomine arboris hæreticos & falsos Doctores, & dico ex illis, quatenus falsi sunt & hæretici, non potest fructus aliquis bonus doctrinæ spectari, sed pervertionis timeri.

Ad locum *Rom. si fides ibi* sumatur pro fide theologica, ut vult sæpe August. dico, quod non est ex fide, esse peccatum, id est quod non est consentaneum fidei, sed fidei repugnat; non verò, quod non est ex fide negatiuè tantum. At si fides ibi sumatur pro fidelitate debita propriæ conscientie, ut sompfit Chrysost. *homil. 26. in epist. ad Rom. planum est, quod non est ex fide, id est, ex fidelitate conscientie, peccatum esse.*

Ad locum *Titi* dico Apostolum velle Christianos habentes mundam conscientiam, non coinquinari comedendo cibos veteri lege prohibitos, quia iam cessauerat observatio suæ legis verò Iudæos comedentes omnia ex observatione suæ legis quolibet cibo coinquinari, quia quemlibet iungunt, præterentes legem veterem persvadere, & stabilire; vel dic cum Chrysost. *homil. 3. in epist. ad Titum.* Infidelibus nihil est mundum, si ipsi velint superstitione vri, qua in usu aliquorum ciborum vitantur; eadem enim ratione, qua aliqua immunda reputant, & omnia immunda reputare possent, non tamen ex his verbis inferunt non posse aliqua bona opera facere.

Ad locum *epist. ad Hebr.* clara est explicatio, sine fide enim impossibile est hominem placere Deo habitualiter, quia carens fide est in peccato, & consequenter Deo iniustus. Non tamen inde inferitur aliqua opera huius infidelis non placere Deo; vel dic sine fide impossibile est, placere Deo per opera ad finem supernaturalem conducentia.

Ad loca ex Augustino, Prospero, Fulgentio, Chrysost. respondeo primò, cum illi Patres dicunt omnia infidelium opera esse peccatum, infidelique nullam virtutem habere, intelligendum est non eo rigore, quo sonat, sed moraliter, & secundum communem usum; quia regulariter vitantur ex mala intentione, quod non tollit, ut absolute aliquid opus vitium non sit. Secundò respondeo Patres supradictos, cum negant opera infidelium esse bona, nullamque virtutem illis inesse, intelligendos esse de operibus, & virtutibus, quæ reddant hominem iustum, Deo placentem, & vitam æternam promerentem, quia loquuntur adversus Iulianum, & Pelagianos asserentes sine fide & gratia posse nos exercere virtutes, quæ ad vitam æternam conducant, sic Valent. Agid. Coninch, Suarez, & alij supra.

PUNCTUM IV.

Verum liceat cum infidelibus, & hæreticis de fide præsertim publicè disputare.

- 1 Ex quadruplici capite potest esse dubitatio, an sit licita, vel illicita hæc disputatio.
- 2 Quæ ratione ex sine licita, vel illicita sit fieri disputat.
- 3 Ex parte disputantis licita est, si doctus sit, nullaque lege positiva impediat.
- 4 Laicus tamen doctus prohibitus est à lege disputare.
- 5 Intelligitur prohibitio de disputatione formali.
- 6 Neque intelligitur prohibitio in casu necessitatis, vel grauis, & evidentis utilitatis.
- 7 Item intelligitur prohibitio de disputatione assumpta à laico propria autoritate.
- 8 Neque extenditur ad terras, in quibus hæretici cum Catholicis passim permixti sunt.
- 9 Ex parte audientium licita est disputatio, si cum eorum fructu fiat. Et quando hoc contingat.
- 10 Qui modus seruandus sit, ut licita sit disputatio.

**D**icitur Thom. à 2. quest. 10. art. 7. & ibi Caietan. Bannes, Aragon. Valent. p. 4. Sanchez lib. 2. cap. 7. Suarez disp. 20. sect. 1. Coninch. disp. 18. dub. 9. affirmant ex quadruplici capite defendendum esse, an licita, vel illicita sit disputatio, primo ex fine, secundo ex conditione disputantis, tertio ex conditione audientium, quarto ex modo. Singula breuiter pertrahimus.

1. Et sine est licita disputatio, si ad defendendam fidem, et utique confutandos assumatur, sic D. Thomas & omnes sapientissimi art. 7. Et contra illicita est, primò, si ad euerendam fidem errorisque seminandum disputatio assumatur. Quæ ratio solent hæretici scripturas, & decisiones Conciliorum in quæstionem vocare contra legem diuinam & factorum canonum: ut sumi potest ex Concilio Chalcedonensi actio. 5. in 2. distinctione fidei, & ex epist. 48. aliis 50. Leonis Papæ ad Marcianum Imperatorem, & ex Gelasio Papa epist. 11. ad Episc. Sardiniæ, quibus fauet Marcianus Imperator in l. nemo. C. de summa Trinitate, vetans neminem vocare in dubium ea, quæ à Concilio generali statuta sunt. Secundo peccat ex parte finis, qui non animo firmo defendendi finem, sed dubio, an debeat illam amplecti, disputationem suscipit, quia, talis animus constituit infidelitatem, ac proinde disputatio illa non est ex fide, & pro fide, sed contra fidem; eaque de causa peccatum est, iuxta Paul. ad Rom. 14. hoc tamen intelligendum est de his, quibus fides est sufficienter propolita, quique obligati sunt firmiter fidei adherere. Nam si alicui fides non esset propolita sufficienter, ipsæque ut veritatem inquireret, fidei mysteria in quæstionem vocaret, sine dubio talis disputatio licita est; quia est medium ad fidem amplectendam. sic Bannes 2. 2. quest. 10. art. 7. Valent. disp. 1. quest. 10. p. 4. concl. 1. Sanchez libro 2. in Decret. cap. 5. num. 1. Coninch. disp. 18. dub. 9. num. 142. ad hæc non est disputatio Catholicæ cum infideli, aut hæretico, si de eorum infidelis cum Catholicis. Adde hæreticum, cui fides sufficienter propolita est, posse abique peccato hanc disputationem suscipere, contingere enim potest hæreticum velle errores deserre, sed argumentis aliquibus firmis, sibi tamen visus efficacibus irgeri, quæ si viro docto proponantur, & ab eo solutio accipiat, errores deseret, & fidem amplectetur; poterit tunc ea intentione proponere, quia in hac propositione nihil aduersus fidem facit, sed potius in illius fauorem assumit medium, quo posse dubitationem conceptam expellere, sic Coninch. num. 142. finis. Tertio ex parte finis peccat, qui cum hæretico, vel infideli pertinaci de fide disputat, quia est disputatio otiosa, & nullius fructus, propter que dixit Paul. 2. ad Timothei. 2. Noli verbis contendere; ad nihil enim utile est, nisi ad seruandam audientiam, & ad Tit. 3. monet et Paulus, ut hæreticum post vnam, & secundam correptionem cautes, sciens quia subuersus est, qui huiusmodi est, vbi Tertullianus de præscript. cap. 16. aduertit non dixisse Apostolum post vnam disputationem, sed post vnam correptionem, quia disputatio cum illis locanda non est: eo quod ita subuersi sunt, & obstinati, ut sperari non possit reducendos esse: sed potius occasionem sumptuosam irridendi fidem, & eius fundamenta firmè eludendi, ac alios pervertendi. Non enim, ut bene dixit Augustinus, lib. 3. contra Faustum, cap. 12. disputare amant hæretici, sed quoquomodo superare impudentissima pertinacia; hoc tamen, ut bene notat Chrylustom. homil. 6. super illa verba Pauli ad Tit. 3. intelligendum est de illis solis, de quibus apertam possumus ferre sententiam, certique sumus, quod quantalibet faciamus, eos nunquam ad veritatis viam reuocabimus. Aduertit tamen Sanchez num. 2. hanc disputationem cum his hæreticis esse solum per se veniale peccatum, sicut & alij actus otiosi. Idem docet Valent. illo punct. 4. concl. 1. in fine, & Suarez disp. 20. sect. 1. num. 13. Ex circumstantiis autem, & regulariter mortale erit, quia hæreticus disputans illo obstinato animo

multa peccata committit aduersus fidem, quæ ex charitate tenetur vitare, nisi ob aliquam causam grauem excusetur; & tunc iam disputatio licita erit etiam cum hæretico pertinaci. Causa autem grauis est, si hæc disputatio aliis prodest, & potest prodesse Catholicis, & hæreticis; Catholicos, illos in fide confirmando; hæreticos, eorum audaciam reprimendo, vel ad fidem conuertendo: quicumque ex his effectibus contingat est sufficiens honestare disputationem.

3. Ex parte disputantis licita est disputatio, si doctus sit, & nulla lege positua impeditus. E contra illicita est disputatio, si caret scientia requisita, vel aliqua lege positua prohibetur. Et quidem, si caret scientia requisita, nemini est dubium illicitam esse disputationem, quia nocere multum potest, tum sibi, tum aliis. Quæ autem scientia necessaria sit, arbitrio prudentis relinquunt pro qualitate materie disputandæ, & personarum, quibuscum disputatur. Illud autem debet esse omnino certum, requiri illam scientiam, quæ & veritatem confirmare, & argumenta, quæ is, quo cum disputatur, proponere potest, possit facile dissoluere. Videtur colligi ex Paulo ad Tit. 1. vbi de Episcopo, cui munus conuincendi hæreticos incumbit, dicitur debere esse ita doctum, ut possit exhortari in doctrina sana, & eos qui contadicunt, arguere. sic Valent. 2. 2. disp. 1. quest. 10. p. 4. concl. 2. Suarez disp. 20. sect. 1. num. 8. Coninch. disp. 18. dub. 9. num. 140. & 141. notant non satis esse ut defendens fidem sciat argumenta sibi obiecta intelligere, & dissoluere; sed opus esse, ut possit ea ita soluere, ut audientes solutionem percipiant. Quapropter sæpe mediocriter doctus, & in his controuersis versatus, aptior est disputationi eo, qui mentem suam satis explicare non valet.

4. Rursus ex parte disputantis illicita est disputatio, si lege positua prohibetur: prohibentur autem lege positua non omnes personæ, sed solum laici. cap. quicumque, §. in hibemus quoque, de hæretico, in 6. Circa quam prohibitionem aduertit primò sub nomine laicorum non comprehendit clericos primæ tonsuræ, neque religiosos, laicos vulgari nomine vocatos, quia absolute laici non sunt, sed clerici nomine, & privilegio gaudent. sic Coninch. disp. 18. dub. 9. num. 145. Suarez disp. 20. sect. 1. num. 10. Sanchez lib. 2. in Decret. c. 6. num. 6. solum est difficultas, an si laicus doctus sit, excimatur ab hac prohibitione? Et quidem eximi censuit Caietanus 2. 2. quest. 10. art. 7. dub. 1. & ibi Bannes. Perr. de Ledelm. 2. rom. sum. tract. 1. cap. 5. conclus. 13. & reputat probabile Sanchez statim allegandus. Mouetur, quia cessat tunc finis legis, qui est defectus doctrinæ communiter in laicis contingens. Cæterum omnino tenendum est laicum quantumvis doctum, sub tali prohibitione comprehendit. Primò, quia laicus indoctus iure naturæ prohibitus erat disputare, sicut clericus indoctus. Ergo cum laico prohibetur disputatio, & non clerico, aliquid speciale laico interdicitur, quod aliis clericis licitum est; sed nihil speciale esset interdictionem laico, si solum cum est indoctus, prohibetur disputatio. Ergo dicendum est omnem laicum siue doctum, siue indoctum, sub tali prohibitionem comprehendit. Secundo si laicus doctus sub hac prohibitionem comprehensus non est, quilibet præsumere potest se sufficienti doctrina polleat, ut disputationem aggredietur, & sic prohibitio nullius esset momenti. Tertio laicus, quantumvis doctus, prædicandi munus assumere non potest. cap. cum ex iniuncto, cap. sicut in vno, de hæretico, in 6. Ergo neque etiam disputat. Ob eandem enim rationem utrumque prohibetur, scilicet ob defectum scientiæ doctrinæ, & ob defectum scientiæ communiter in laicis contingentem. Quarto, quia nunquam in laico cessat finis legis, nam licet cesset defectus scientiæ in illo, quia tamen in aliis communiter non cessat, finis legis nunquam cessat. Non enim finis illius legis fuit defectus scientiæ cuiuslibet in particulari, sed defectus scientiæ generaliter contingens: qui finis semper perseuerat, etiam si vnus, vel alij scientiam sufficientem habeat. Ergo ob scientiam non excusatur laicus à prohibitionem. sic docent glossa in supradicto cap. quicumque. Dominic. & Franc. ibi. n. 1. Valent. 2. 2. disp. 1. quest. 10. punct. 4. conclus. 2. Azor tom. 1. lib. 8. institutionum moralium, cap. 26. q. 1. Sanchez plures referens, lib. 2. cap. 6. num. 5. Suarez disp. 20. sect. 1. num. 11. Coninch. disp. 18. dub. 9. num. 145. Si autem laicus hanc legem transgredietur, peccatum mortale committit: tum quia sub excommunicationis pœna prohibetur, tum quia est res gratis ad bonum fidei, & religionis ordinata & ad excusandos errores in doctrina, & occasiones fixæ, & turbationis, quæ facilius in disputatione laicorum timeri possunt: sic alios referens Sanchez lib. 2. cap. 6. num. 3. Emanuel Saa verbo fides, num. 3. Suarez disp. 20. sect. 1. num. 12. Pœna tamen excommunicationis transgressoribus imposita non est ipso iure, sed ferenda; quia textus vtrius verborum futuri temporis, scilicet imminetur: & ita tenet Sanchez, Suarez, Saa, Coninch. disp. 18. dub. 9. n. 145. & alij cum glossa in supradicto textu.

5. Limitanda est prohibitio primò, ut intelligatur de disputatione, quam vocant formalem, quæque assumitur ad persuadendam fidem his, qui firmi non sunt, non de disputatione solum materiali, qualis est, quæ honoris, & exercitij causa suscipitur, ut fit in scholis sic Caietan. 2. 2. quest. 10. art. 7. dub. 1. & 6. Bannes;

DE  
ASTRO  
ALAY  
LII

Bannes, Valent. *suprà*. Nauarr. *summ. cap. 11. num. 27.* Sanchez *num. 9. Suarez disp. 20. sect. 1. num. 1. Coninch disp. 18. dub. 9. circa finem.* Ex quo videtur inferri solum disputationem cum hæretico, vel infideli esse laico prohibitam: nam disputatione inter Catholicos veritatem agnoscens, & credentes non potest esse disputatio formalis; quia non potest esse ad persuadendam, defendendamque fidem, sed solum exercitij causa; & ita tradit Calstro *lib. 1. de iusta hæreticorum punitione, cap. 19.* Coninch. *suprà num. 146.* vbi dicit solum prohiberi disputationem ad conuincendos eos, qui in fide errant Suarez *illa sect. 1. num. 1.* disputationem formalem solum recognoscit esse eam, quæ contra hæreticos suscipitur.

6 Secundo limita, vt non intelligatur in casu necessitatis, vel grauis, & euidentis utilitatis, qualis esset, si hæreticus suis dictis ad errores traheret fideles, & nullus adesset clericus, qui eum confunderet, & frænaret; posset tunc laicus doctus pattem fidei suscipere, & veritatem defendere; imò teneretur tum ratione charitatis debite proximis, tum ratione fidei, & religionis despectæ, quam debet à contemptu, & iniuria libertate. sic Valent. *1. 2. disp. 1. quæst. 10. puncti 4. post. 2. concl. Aragón. 2. 2. quæst. 10. art. 7. notab. 2.* Sanchez *lib. 2. cap. 6. num. 7.* Suarez *disp. 20. sect. 1. num. 11.* Coninch *disp. 18. dub. 9. num. 147.* & fauet textus in *cap. nolite timere. 11. quæst. 3.*

7 Tertio limita, vt hæc disputatio assumatur à laico propria autoritate, nam si iustus, vel rogatus à clericis disputationem suscipiat, non peccabit; quia tunc nomine clericorum disputat neque verificari potest sibi ius docendi, & disputandi vindicare, quæ est materia prohibitionis, vt colligitur ex Leone Papa *epist. 62. cap. vlt. & tradit Suarez num. 11.*

8 Quarto limita pro teris, in quibus hæretici cum Catholicis permixti sunt quia in his consuetudine videtur supradicta lex abrogata, eo quod passim sese offerat occasio hæreticos arguendi, & conuincendi, ne grauentur. Et videntibus Prelatis, & non contradicentibus idonei laici has disputationes suscipiunt. sic Valent. Suarez, Sanchez, Coninch. *locis citatis.*

9 Ex parte audientium licita est disputatio, si cum eorum fructu fiat: illicita autem, si damnum obuenciat. Regulariter hoc damnum timeri potest, si coram indoctis, & vulgaribus hominibus suscipiatur disputatio: tum quia ipsi facilius argumenta in contrarium, quam rationes nostræ fidei, & solutiones aduersantium percipiunt, tum quia hæretici coram ipsis vt pote indoctis, controuersiam, vocibus, & arrogancia intendunt definire: ex quo sequitur eos in fide vacillare, cum antea firmi persistenter: & ita regulariter illicita est hæc disputatio. sic D. Thomas *2. 2. quæst. 10. art. 7.* & ibi Caietan. & alii Valent. *puncti 4. post. 3. concl. Sanchez cap. 6. num. 10.* Suarez *disp. 20. sect. 1. num. 14.* Coninch. *disp. 18. dub. 6. num. 139.* Addit Sanchez hanc culpam esse imprudentiæ, rarissimæque periculum esse, vt culpam venialem excedat. Quod mihi difficile videtur & potius dicerem rarissimè à culpa mortali exculari, quia rarissimè abest periculum peruersionis, præcipue si coram plebe disputatio hæc assumatur. In triplici casu non videtur damnum timendum. Primo, si disputans ita doctus sit vt argumenta aduersantium ita soluere possit, & ea claritate solutionem exponere, vt merito possit intelligere auditores facile esse percepturos; sed hoc clarissimum est, ait Valent. & Sanchez *suprà* Secundo non est timendum damnum ex disputatione, si iam auditores solliciti sunt ab hæreticis, & quasi in fide vacillare inceperint; tunc enim assumenda est disputatio, vt expulsa dubitatione firmitatem acquirant; alias silentium & timor disputationis multum dubitantibus noceret sic D. Thomas, Suarez, Valent. Sanchez & alij *suprà*. Tertio non debet timeri damnum, si auditores docti sunt, Voco doctos eos, qui rationes pro vna, & altera parte possunt percipere, iis non videtur disputatio periculosa, sed potius proficua. sic D. Thomas, Suarez, Valentia, Sanchez, & alij.

10 Ex parte modi licita est disputatio, si modum, & modicitatem seruet; illicita, si excedat. Excedit autem primo, si non tam pondere rationum, quam verbis velis contendere contra Paulum, *noli contendere verbis.* Secundo, si ex modo dicendi, videaris potius velle aduersarium vincere, quam errorem superare; quia est indicium superbiæ & contra consilium Hieronymi, *lib. 1. contra Pelag. circa medium;* ibi *Non de aduersario victoriam, sed contra mendacium queramus veritatem* Tertio excedit, si nimia tarditate, aut nimio seruore disputatione assumatur. Quapropter ex vtroque extremo quod vile est, sumi debet, vt dixit Nazianzenus *orat. 26. de moderat. in disputatione adhibenda,* qui omnino videndus est.

## PUNCTUM V.

Vtrum infidelis compelli possit ad audiendam fidem.

1. De quibus procedat questio  
2. Proponitur dubitandi ratio.

- 3 Infideles non subditi nequaquam compelli possunt ad audiendam fidem.
- 4 Subditi infideles compelli posse à Principe Christiano, probabile est.
- 5 Probabilius est oppositum.
- 6 Compelli possunt infideles, ne prædicatorem legis Evangelicæ impediatur.
- 7 Quid si non fiat resistentia blasphemis, & irrisione, sed sola expulsiōe prædicatoris? Proponitur dubitandi ratio.
- 8 Probabilius est posse compelli.
- 9 Licet est Ecclesia mittere prædicatores militibus associatos, ut illis iniuria facerentur tamē est, ne sit aggressio, & violentia.
- 10 Dissoluitur dubitandi ratio num. 2. adducta.

1 DE infidelibus baptizatis nulla est questio, cum Ecclesia subdantur. Infideles autem non baptizati sunt in duplici differentia. Alii sunt temporaliter subditi Ecclesie, vel Christiano Principi, alij sunt extra horum subiectionem. De vtriusque ergo videndum est, an possint ad audiendam fidem compelli?

1 Ratio dubitandi est quia Christus Dominus reliquit Ecclesie potestatem prædicandi Evangelium omni creaturæ *Matth. & Marc. vlt.* Sed hæc potestas exerceri non potest absque potestate cogendi eos, qui renuunt prædicationem audire. Ergo. Et confirmo primo à simili Ecclesia potest compellere fideles confiteri peccata, & hoc non alia ratione, nisi quia à Christo Domino data est potestas remittendi peccata, quæ absque confessione per sacramentum Penitentia remitti non possunt? sed etiam Christus dominus dedit potestatem prædicandi Evangelium omni creaturæ, quæ prædicatio absque audita esse non potest. Ergo consequenter dedit potestatem compellendi omnem creaturam Evangelium audire. Confirmo primo. Ecclesia habet potestatem coercendi impedites prædicationem, sed qui non vult audire impedit prædicationem, eam prædicatio esse non possit sine auditu. Ergo habet potestatem cogendi eos, qui nolunt audire, vt audiatur.

3 Nihilominus dicendum est primo, infideles non subditos nequaquam posse à Romano Pontifice per se, vel medio aliquo Christiano Principe compelli ad fidem audiendam, est communis sententia, vt testatur Suarez de fide, *disp. 18. sect. 2. n. 6.* Valent. *disp. 1. q. 10. p. 6. circa finem.* Coninch. *disp. 18. dub. 14. num. 225. conclus. 1.* Bonacina *disp. 3. de fide. q. 2. p. 7. n. 3. in medio.* Ratio est, quia compulso esse non potest sine iurisdictione: at iij infideles sunt extra iurisdictionem Ecclesie, & Christianorum Principum, vt suppono. Ergo non possunt ab iis vlla ratione compelli.

4 Dico secundo. Probabile est; posse à Christiano compelli subditos infideles ad audiendam fidem. sic Bannes *2. 2. q. 10. art. 10. dub. 4. concl. 4.* Suarez *disp. 18. sect. 2. num. 3.* Bonacina *suprà num. 3.* Ratio esse potest quia obligatio huius audientie non excedit iurisdictionem politicam, & temporalem siquidem hæc ex obligatione solum compelluntur infideles audire prædicatorem, non tamen eum sequi; audire autem prædicatorem, vt eo audito eligant religionem, quæ sibi magis vtilis fuerit rationi conformis, non excedit potestatem politicam, & temporalem gubernatoris. Alias nullus temporalis gubernator potest subditorum peccata aduersus religionem punire, nec illos obligare ad media exequenda, ex quibus electio religionis verè fieri possit.

5 Dico tertio probabilius esse non posse subditos infideles cogi à Christiano Principe ad audiendam fidem. sic Bannes *suprà concl. 3.* & licet *concl. 4.* dixerit probabile esse cogi posse: limitauit tamen ad vnam audientiam, non ad plures: absolute hanc tenet Valent. *2. 2. disp. 1. quæst. 10. puncti 6. circa finem.* Salmer *tom. 12. tract. 38. in Evangel.* Coninch. *disp. 18. dub. 14. conclus. 1. iuncta conclus. 4.* Probo, quia iis infidelibus solum ea superior præcipere potest, quæ poterat respublica ex sua primæua institutione, quia nullam aliam habet potestatem nisi quam à republica accipit. At respublica non poterat sibi subditos ad fidem audiendam cogere. Ergo neque vllus Princeps secularis. Probo minorem quia respublica non habet aliam potestatem iure naturæ, nisi præcipiendi ea, quæ ad finem politicum, & naturalem ordinantur: at auditio legis Evangelicæ ad fidem supernaturalem ordinatur, vt de se constat; quia fides ex auditu, auditus autem per verbum Christi Ergo respublica non habet potestatem præcipiendi sibi subditis audientiam legis Evangelicæ, & confirmo. Lex Evangelicæ, est quid supernaturale à Christo Domino institutum. Ergo iure naturæ cognosci non potest. Ergo neque eius auditio præcipi. Confirmo secundo præcipi non potest iis infidelibus auditio legis Evangelicæ, vt eam amplectantur, quia, vt in puncto sequenti dicemus, non est in republica ciuili, neque in Ecclesia potestas ad cogendum aliquem ad fidem. Ergo neque etiam est potestas præcipiendi audientiam, quia auditio legis per se non est appetibilis nec materia præcepti, nisi quæque ad assensum legis ordinatur. Neque obstat si dicas præcipi audientiam

ditionem legis Evangelicæ, non vt illum amplectaris, sed vt distinguas inter veram, & falsam religionem, & possis veram eligere falsa contempta. Non, inquam, obstat, quia hæc distinctio est quedam cognitio limites naturæ excedens, cuiusque electio est supernaturalis. Ergo iure naturæ non habet Princeps potestatem præcipiendi media, quæ ad finem istum ordinantur. Et ex his patet solutio rationis pro præcedenti conclusione factæ.

Verum, quia in nostra hæc plurima continentur credenda, quæ lumine naturæ cognoscuntur, vt esse vnum Deum, & non plures, iustis daturum præmium, peccatoribus supplicium, præcepta Decalogi esse seruanda, poterit Princeps, siue Christianus, siue Gentilis obligare sibi subditos prædicatorem, qui aliquo testimonio diuino, vel humano se reddidit dignum credito, audire circa has veritates, vt depulsis erroribus, si qui habent, veritatem sequantur. Quia hoc non excedit naturæ limites, & cognitionem naturalem. Secus vero est de aliis veritatibus supernaturali lumine cognoscendis, sine quarum cognitione finis politicus, & naturalis reipublicæ esse potest.

Quod si obiciatur consuetudinem Romanam esse compellendi Iudeos, audire Euangelium sub pœna amissionis bonorum?

Respondeo multam illam, quæ Iudeis nolentibus audire Euangelium imponitur, non esse pœnam, sed quoddam tributum, quod Romanus Pontifex ab illis exigere potest, quia in eius terra habitant, & ei temporaliter sunt subiecti, à quo tributo eximere potest auditores Euangelij.

Dico quarto, certum est, posse Ecclesiam per se, vel medijs Christianis Principibus compellere quoscumque infideles, ne prædicatorem legis Evangelicæ impediant, ne prædicatorem dehebeat. Quare si infidelis aliquis Princeps blasphemus, & irratione in fidem iniqua persuasionem, vel persecutio prædicatorem impedit, potest Ecclesia cum vi, & armis compellere sic communi omnium sententia, quos superfluum est recitare, & constat ex pluribus decretis relatis 23. *quæst. 8.* Ratio est manifesta, quia iure naturæ cuiuslibet est concessum ius sui defendendi, & ea quæ sibi contraria sunt, propulsandi: sed Christiana reipublica habet ius à Christo Domino concessum prædicandi Euangelium omni creaturæ. Ergo habet ius defendendi hanc prædicationem, & propulsandi sibi contraria. Alias concessio prædicandi Euangelium esset diminutio, & inefficax. Et in ordine ad hunc finem fuit concessio Alexand. VI. Regibus Catholicis, Ferdinando, & Elisabethæ, & Regibus Portugaliæ, Ioan. II. Diuisit namque terras infidelium Orientis, & Occidentis, & Orientis terras Regibus Portugaliæ, Occidentis Regibus Castellæ donauit: non quidem absolute, sed conditionaliter, id est, sub conditione, si necessum fuerit ad tuendos prædicatores Euangelij, & fidem Catholicam, & ibi conuersos defendendos, quod bene notauit Victor. *relat. 1. super cap. ult. Marti. de ritibus quibus barbari potuerunt venire in diuinem Imperium, c. 2. cum seq. Gregorius Lopez l. 2. gl. 3. c. 4. in princ. c. col. 2. à vers. quarta conclusio, lit. 23. pars. 2. Cardin. Bellarmin. *controvers. 3. generali, lib. 3. de Romano Pontifice, cap. 2. ad finem.* Quia diuisione facta non possunt Princeps Portugaliæ etiam sub titulo defendendi fidem, terram hoc titulo concessam Castellæ Principibus occupare. Quia Princeps secularis in tantum habet potestatem defendendi fidem, quatenus nomine Ecclesiæ illi censetur concessa; cum autem non ipsi, sed aliis concessa sit, ipsi non se possunt introuire. Adde hanc diuisionem esse fidei Catholicæ dilatationi conuenientissimam quia quilibet Rex suam terram, vt propriam respiciat, & curam illius agat. Item de medio tollitur occasio ratiocinationis, & belli, quæ inter diuersos Principes oriri solet, quando eandem terram, & eodem iure præcedunt. Quocirca nemini licet hanc diuisionem, & concessionem infringere: & ita late probat Augustinus, Barbosa *1. pars. de potest. Episc. tit. 1. cap. 2. à num. 44. p. 8. 240.* attingit Suarez *de fide, disp. 18. tit. 1. num. 7.**

7 Sed quid si Princeps, & regnum resistunt prædicationi, non blasphemus & irratione in fidem, neque iniqua persuasionem, aut prædicationem, sed solum non permitiendo prædicatores in suis terris commorari; poterit tunc Ecclesia vi, & armis compellere hunc Principem, & regnum, vt prædicatores admittat, & ibi secus eos retineat, vt possint prædicare Euangelium audire volentibus? Ratio difficultatis est, quia liberum esse videtur cuiuslibet Principi in sua ditione habitationem externam concedere, vel interdicare. Ergo non infert Christianæ reipublice iniuriam propulsando prædicatores. Deinde Ecclesia non habet potestatem prædicandi Euangelium nolentibus, non enim, vt iam diximus, potest cogere infideles ad eius auditum, præcipue si sibi subditi temporaliter non sunt. Ergo neque habet potestatem, vt eius prædicatores in terris nolentibus audire prædicationem commorentur, quia solum ratione prædicationis hæc commoratio, & habitatio competere illis poterat.

8 Nihilominus dicendum est, moraliter loquendo, posse Ecclesiam vi, & armis compellere infidelem Principem, vt permittat prædicatores Euangelij ibi commorari, & prædicare, si

aliqui sint, qui audire volunt. sic docet expressè Suarez *de fide disp. 18. sect. 2. circa finem.* Probo, quia licet Princeps habeat potestatem interdicens habitationem in suis terris cuiuslibet alienigenæ; debet esse ex causa iusta: at hæc non est, quia alienigena legem Evangelicam proficitur, illamque prædicare intendit; quia in hoc non peccat, neque aduersus Deum, neque regnum. Secundo expellere prædicatorem à regno, vel auditum interdicare, eo solum, quia prædicare incendit, est iniuria fidei, & specialis illius contemptus. Ergo hanc iniuriam propulsare Ecclesia poterit. Tertio, moraliter loquendo, in toto regno deesse non potest, qui voluntarie audiat Euangelium, si sit qui prædicat, quo fructu priuatur omnino expulsis prædicatoribus. Ergo in defensionem huius fructus, & in fauorem innocentiæ, qui sic priuatur, potest Ecclesia Principem impediendum debellare. Neque inde fit aliquem nolentem cogi ad audiendam fidem, quia non cogit Ecclesia Principem nolentem audire, vt audiat, sed solum cogit, ne viam præcludat audire volentibus. Quod ecclesiæ videtur concessum, concessa potest prædicandi: & ita tenet Suarez *disp. 18. de fide, sect. 2. circa finem.*

9 Secundo inquire, an Ecclesiæ liceat, cum mittit prædicatores, omnem securitatem, illis apponere, ne illis irrogent iniuriam, ita vt si necesse sit eos mittere exercitu comitatos, possit id facere, est necesse sit edificare circa confines prouinciarum, vt securus, & facilius inde possint prædicatores mitteri, possit id præstare? Videtur hoc licitum esse, quia cuiuslibet licitum est se, & sua defendere. Et quidem si in prædicta defensione sistitur, credo hoc licitum esse; neque enim video, unde per se illicitum esse possit: imò videtur hoc conueniens, vt impediatur, quoad fieri possit innocenti iniuria, & irreuerentia religioni Christianæ. Verum ex accidenti, & ratione scandali exitium illicitum esse prædictam securitatem, quia merito timere possunt infideles videntes prædicatores ita munitos, ab illis debellandos esse, nisi prædicationem audiant, illique assentiantur: ac proinde audientiam, & receptionem fidei illis esse coactam, & non voluntariam. Quocirca prædicatores imitatores Christi, & factorum Apostolorum, non strepitum armorum, & potentia mundana; sed potius humilitatem, mansuetudinem, & patientiam vestiti prædicationem suscipere debent: si autem infideles iis pacis signis abusi fuerint, & prædicationem repulerint, prædicatoresque de honestate sua; tunc poterit Ecclesia pro suo iure defendendo exercitum mittere, & infideles subiogare, in quantum opus fuerit pro defensione fidei, cuiusque ministris; imò, vt placet doctissimo Francisco Suarez *disp. 18. sect. 1. circa finem.* quantum opus fuerit ad iustam vindictam sumendam de iniuria Ecclesiæ irrogata, vt sic alij Principes infideles coercerentur, & similes tyrannides exercere vererentur.

10 Ratio dubitandi in principio posita ex dictis manet soluta; sed, vt clarius constet, respondeo potestatem prædicandi Euangelium, optimè exerceri posse absque potestate cogendi ad eius auditum, quia potest exerceri in volentes, & non repugnantes: sicut simpliciter Sacerdoti potest Pontifex committere facultatem sacramenti ministrandi cuiuslibet petenti administrationem: non tamen inde sequitur posse quemlibet cogere, vt ab ipso sacramenta recipiat. Bene tamen ex hac potestate sequitur posse comprimere quemlibet, qui sum talis potestatis impeditur: atque hoc est in præsentem dicendum est.

Ad primam confirmationem nego ea solum ratione posse Ecclesiam cogere quemlibet ad confitenda peccata, quia Christus Dominus dedit potestatem Sacerdotibus illa remittendi. Sed quia simul dedit potestatem illa remitti, & cum omnes teneantur illam retentionem impedire, consequenter tenentur absolutiorem procurare: atque adeo potest Ecclesia ex hac potestate quemlibet ad confessionem cogere. Adde hanc potestatem remittendi peccata versari circa subditos Ecclesiæ, secus potestas prædicandi Euangelium. Vnde non est mirum, quod ex potestate remittendi peccata possit Ecclesia quemlibet ad confessionem cogere; quia cogit sibi subditum, & non possit ex potestate prædicandi Euangelium cogere quemlibet infidelem ad illius auditum, quia infidelis non est sibi subditus.

Ad secundam confirmationem dico Ecclesiam habere potestatem comprimendi impediens Euangelij prædicationem: sed qui prædicare non vult audire, non impedit prædicationem, quia neque illam impedit respectu aliorum, non enim tollit, quin alijs volentibus prædicetur: neque etiam impedit respectu sui, cum liberum illi sit beneficium prædicationis recipere; alias omnes nolentes recipere à Rege beneficia, dicerentur impedire illius potestatem, quod est absurdum. Et ratio omnium est, quia, vt bene notauit Valent. *2. disp. 1. quæst. 10. punct. 6. circa finem.* tunc dicitur alicui rei impedimentum apponi, quando alioqui suppetunt omnia requisita ad illam, at cessante voluntate audire, cessat requisitum ad prædicationem, ideoque sola voluntate impedimentum esse non potest.

DE  
ASTRO  
ALAY  
TOM  
II



Compellere possit infidelis ad recipiendam fidem.

- 1 Hæreticus tametsi per iniuriam baptizatus sit, compelli potest ad fidem.
- 2 Proponitur dubitandi ratio, de quolibet infideli, postquam ei fides sufficienter est proposita.
- 3 Certum est cogi non posse.
- 4 Qua ratione indirecte possit Ecclesia, & Princeps sibi subditos infideles ad fidem cogere.
- 5 Satisfit rationibus num. 2. adductis.

**C**ertum omnino est infidelem hæreticum, qualis est, qui suscepto Baptismo, a fide defecit, posse compelli gravibus penis, & supplicis, ut erroribus expulsi ad fidem redeat: constat ex Ecclesie consuetudine satis declarata in legibus civilibus, & Ecclesiasticis, *100. tit. de her. ricis, & fusc* etiam ostendit Augustinus *epist. 40. & 50.* Alphon. à Castro *de iusta heretic. puni.* Simancas *de catholic. instrum.* Rojas, Penna, & alij aduersus hæreticos scribentes. Et ratio est manifesta, nam per Baptismum subicitur quis Ecclesie, & proteclatur sub illius fide, & obedientia perpetuo manere. Ergo penes Ecclesiam debet esse potestas continendi sic subiectos in tali fide, & promissione. Ergo debet esse potestas corrigendi, & puniendi eos, si noluerint comineri: alias diminuta, & inefficax esset potestas Ecclesie concessa, quod non est dicendum. Et hæc doctrina vera est, etiam si per iniuriam hæreticus baptizatus fuerit. Nam si verè baptizatus fuit, verè subditus manet Ecclesie, & obligationem contraxit fidem seruandi. Ergo si deficiat, comprimatur, & compelli poterit ab Ecclesia, tamquam ab eius superiore, sic docuit Coninch. *disp. 18. dub. 14. num. 2. 4.* ex Concilio Tolet. IV. *cap. 5. & Ecclesie praxi.*

**2** Quocirca solum est difficultas de infideli non baptizato; an, inquam, cogi possit ad fidem? Pro quo reuocanda est in memoriam distinctio supra posita de infideli subiecto Ecclesie, & non subiecto: & de utriusque videtur ad fidem recipiendam compelli posse. Nam ante propositionem sufficienter factam, clarum est nullam illis posse obligationem imponi recipiendi fidem; siquidem neque ipsi tenentur illam recipere. Postea autem propositione sufficienti iam adstringuntur fidem recipere. Ergo & cogi poterunt ab Ecclesia ad illius receptionem. Probo hæc consequentiam. Primò, quia hæc coactio cedit in magnum eorum vtilitatem; siquidem ratione illius suscipiunt mediū illis ad salutem necessarium. Deinde cedit in magnum fidei bonum, & augmentum: tum quia ipsi saltem in exteriori foro, ut Catholici se gerunt, eorum etiam filij baptizantur, & decursu temporis successores verè fideles existunt: quæ omnia cessant, si hæc coactio non admittitur; ergo est admittenda. Secundò sanctissimi Principes compellunt infideles ad fidem, & eorum compulsi laudatur, ut constat ex Concilio Tolet. IV. *cap. 56.* de Rege Sisebuto, qui Religiosissimus appellatur, eo quòd Iudæos ad fidem suscipiendam compulerat. Idem de Regibus Catholicis Ferdinando, & Elisabetha dicitur, Quapropter Gregorius *lib. 3. epist. 26.* & refertur in *cap. iam verò, 23. 9. 4.* præcipit Episcopo Calaitano tanto penionis onere grauare sibi subditos infideles, ut pena compellantur ad fidem, & *in l. qui post sanctam, C. de paganus, §. si verò,* iubentur conscribi bona paganorum nolentium baptizari, & *L. Cælicolarum, C. de Iudæis, & Cælicolis,* adstringuntur Cælicolæ, qui videntur esse pagani, eisdem penis, ac hæretici, si fidem non recipiant. Adde *l. nemo, C. de paganis,* vbi Constantinus, & Theodosius religiosissimi Principes prohibuerunt paganis suorum deorum cultum, & antiquæ religionis exercitium. Ergo tacitè compellebant suscipere nostram religionem, quia sine religione esse non poterant. Tertio Christus Dominus sub nomine Regis inuitantis ad cœnam, dixit compellendos esse intrare ad Ecclesiam eos, qui in viis, & plateis sedebant, hoc est, extra eam, Ergo non est aliena à consilio, & mandato Christi hæc compulsiō. Quarto terroribus, & minis sæpè Deus mouet ad recipiendam fidem, ut contingit in Paulo, qui tremens, & stupens dixit Domino, *Quod me vis facere.* Ergo licitum erit Principibus Ecclesie ad fidem infideles hoc modo trahere. Quintò si aliqua ratione Ecclesia non possit hos infideles ad fidem compellere, est, quia fides debet suscipi voluntariè, ut dixit D. Thomas, & inefficax esset compulsiō, alias neque in hæreticis esset licita. Ergo. Sextò ad Ecclesiam pertinet reparare iniuriam fidei factam, & iniuriantes comprimere: sed nolens fidem suscipere, quando illi sufficienter est proposita, iniuriam fidei facit, siquidem illam contemnit, & quasi blasphematur. Ergo ad Ecclesiam pertinet eius audaciam comprimere: & specialiter de subditis infidelibus probatur; quia ad superiorem non solum pertinet procurare in sibi subditis obsequium suarum legum, sed etiam legis diuinæ, & naturalis: at lege diuina tenentur ij infideles, fidem suscipere, cum sufficienter illis proposita

sit. Ergo ad eorum superiorem pertinet procurare, ut hoc obseruetur. Septimò penes aliquem debet esse potestas puniendi hoc delictum, quod in deterioratione fidei rectè proposita committitur. Sed non apparet penes quem sit, nisi penes Ecclesiasticos Prælatos. Ergo ij possunt sic rebelles punire, & media punitione ad fidem recipiendam cogere. Propter hæc Maior in 2. *distinct. 44. quæst. 2.* & quidam Genesius Sepulveda Caroli V. Chronista sentit posse infideles etiam non subditos cogi ad suscipiendam fidem. Sotus verò in 4. *distinct. 4. quæst. ult.* id de subditis infidelibus affirmat: consentit Gabr. in eadem *distinct. quæst. 2. dub. 5. sine.* Alphon. à Castro *lib. 2. de iusta hereticorum punitione, capite 14.* & Lorca 2. 2. *quæst. 10. disp. 36.* Ipeclato iure naturæ hoc reputat probabile, est ex iure positio tenendum non sit, & Malder. *illa quæst. 10. art. 8. post. 4. conclus.* docet primò cogi posse ad fidem veram, qui sub nomine Christiano viuunt, etiam si baptizati non sint. Secundo filios eorum qui baptizati sunt, posse ad suscipiendum Baptismum compelli, si sunt sub patria potestate, si extrâ, moderata pena, nempe exilio, aut carcere moderato.

**3** Ceterum existimo nullum infidelem, qui baptizatus non sit, cogi posse à suo Principe, nec minis, nec terroribus, nec honorum direptione, nec alio modo coactionis, sibi propositam sufficienter suscipere, est communis sententia cum D. Thom. 2. 2. *quæst. 10. art. 8.* Caietanus, Pefantius, Turrianus *ibidem.* Valent. *punct. 6.* Suarez *disp. 18. lect. 3. num. 4.* Coninch. *disp. 18. dub. 14. conclus. 4.* constat ex *cap. sic Iudæi de Iudæis, & Sarracenis, cap. qui sincerè, cap. lo Iudæis, distinct. 45.* in quibus non tam est noua prohibitio, quam declaratio prohibitionis diuinæ: siquidem in *cap. maiores, de B. p. 11. no.* dicitur esse contra Christianam religionem hos infideles cogere ad fidem suscipiendam, & in Concilio, Tolet. IV. *cap. 55.* dicitur esse contra vltim, & institutionem sacrorum Apostolorum, & certè id satis colligitur ex vlt, & praxi Ecclesie perpetuo obseruata, quæ nunquam infidelis compulsi ad fidem, vi, & armis, sed patientia, humilitate, & mansuetudine iuxta illud Luca 10. *Ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos, nolite portare saccum, neque virgam, neque peram.* &c. quæ optime expedit Ambrosius *lib. 7. in Lucam;* non enim, ut dixit Paulus 2. *ad Corinth. b.* arma coactæ militiæ sunt carnalia, sed spiritalia, hoc est, virtutes, non lignum, & ferrum. Ratione euidenti probatur. Coactio esse non potest sine iurisdictione: at neque Ecclesia, neque Principes seculares iurisdictionem vltimam habent in non baptizatos, ut eos possint ad fidem compellere. Ergo nullo modo compelli possunt. Conclusio est legitima. Maior huius discursus est per se nota, siquidem omnis Coactio iusta, de qua loquimur, in iurisdictione, & potestate fundatur. Minor autem probatur, & primò de Ecclesia; hæc enim solum habet iurisdictionem ex concessione Christi, Christus autem Dominus solum concessit iurisdictionem Petro circa illos, qui in Ecclesiam ingressi fuerint, dixit enim, *Pasce oues meas.* Supponunt ergo prius esse oues, ut sic possint à Petro pasci, Quapropter dixit Paulus 1. *Corinth. 5.* *Quid enim mihi de his, qui fors sunt. Dominus iudicabit;* quasi diceret, ad me non pertinent, Domino enim referuntur: cuius conlona Innocentius III. in *cap. maiores, de Baptismo, & in cap. gaudemus, de Anortis, & Trident. sess. 14. cap. 2.* vbi inquit: *Ecclesia in neminem iudicium exerceat, qui prius per Baptismum non fuerit ingressus;* cum autem hi infideles supponuntur fors esse, nullo modo Ecclesia in illos habet iurisdictionem. Ergo neque potest illos cogere. Quòd autem neque Principes seculares, quibus ij infideles subdantur, possint ad fidem compellere, probatur: nam tota potestas horum Principum, vt potè immediate ab hominibus, est politica, & naturalis, & ordinata ad suam naturalem, qualis est recta reipublicæ administratio, & conseruatio; sed suscepio fidei est quid supernaturalis ad suam beatitudinis æternæ ordinata. Ergo non est in potestate horum Principum subditos ad hæc fidem compellere. Item Principes Christiani, & Genesii eadem in suos subditos gaudet compellere; at Genesii Principes ad fidem non potest subditos compellere; ergo neque Christiani. Deinde, neque Ecclesia, neque Principes seculares potest punire hos infideles, quia fidei sufficienter propositæ non assentiantur. Ergo neque potest illos compellere, Consequenter videtur legitima, tum qui diminuta, & inefficax esset compulsiō sine potestate puniendi. Tum quia iure ipso naturali sequitur, cui est concessa potestas præceptiua in supremo ordine, esse simul concessam potestatem punitiua. Tum denique, quia ideo hæreticos, & a fide deficientes potest Ecclesia compellere, quia ipsos punire potest. Quòd ergo neque Ecclesia, neque Principes seculares, possint hos infideles propter infidelitatis peccatum punire, sic probatur: quia illud peccatum non est alicuius Ecclesie subiectio. Ergo Ecclesia in illud non habet potestatem. Neque etiam est aduersus legem Principis seculares, neque Principes seculares de illo iudicare potest, quia est de materia aliena ab eius iurisdictione. Ergo.

**4** Verum et si Ecclesia, aut Princeps seularis non possit infideles sibi subditos ad fidem cogere directè, at indirectè cogere potest, primò imponendo eis tributa grauiora, sed aliis

licita, dum non conuertuntur, vt fecit Gregorius lib. 3. epist. 26. reclus in cap. i. uerb. 23. quæst. 6. in 4. epist. 6. Dixi alias licita: quia non potest Princeps hac de causa grauiora onera imponere subditis, quæ aliis imponere non poterat, esse enim tunc directa coactio. Secundo indirecte cogere potest, si eorum conuersio fidelibus nocet, quia tunc poterunt expelli, nisi ad fidem conuertantur. Tertio potest compellere non permit- tendo illis usum officij publici, & honoris. Quatto non permit- tendo eis, si adueniunt sunt, aut bello capti, in suo regno habita- re, nisi ad fidem conuertantur, quia habet ius non concedendi eis habitationem. Quinto negando eis priuilegia, & gratias, quæ liberè aliis concedit. Sexto prohibendo eis usum suæ reli- gionis, vt pote natura rationali contrarium & apertum repu- blicam turbare: hæc enim omnia iudicantur indirecta coactio ad fidem. Quia à Principe ordinantur ad illius susceptionem, ad quam per se ordinata non sunt. Est tamen licita, quia non assumunt media, quæ recluso tali sine assumi non possent: & ita tenet Valent. disput. 1. quæst. 10. punct. 6. circa pag. 39. uer- sic. et eadem ratione. Suarez disput. 18. sect. 3. num. 8. Coninch. disput. 18. dub. 1. num. 238. Becanus cap. 13. quæst. 4. num. 4. Bo- naccina disput. 3. quæst. 2. de fide punct. 7. num. 3.

Relat argumentis num. 2. factis satisfacere. Ad primum dico, etsi omnia illa conuenientia sequantur ex coactione directa ad fidem, non tamen debet admitti, quia non sunt facienda mala, vt inde eueniant bona. Adde plura etiam inconuenientia sequi ex coactione, scilicet simulatè con- uerti, & fidem reddi exolam, susceptam tyrannidis, & non posse alia uia in mundum introduci.

Rd secundum concedo laudari Principes compellentes sibi subditos recipere fidem non coactione directa, sed indirecta, & alia licita, vt explicauimus: & sic credendum est fecisse Si- seobus Rex; & præcipue Catholicissimi Reges Ferdinandus, & Elisabetha, cum Ludcos, & Saracenos ex Castellæ exterminant, cognouerunt namque eorum conuersionem aliis fi- delibus nocere, & puritatem nostræ fidei non posse in suo re- gno, illis ibidem habitantibus, conseruari: ob huiusmodi reatum finem expulso facta est, præterquam quod bello iusto superati sunt, & tanquam captiui expelli poterant. Quod si aliquando Christianus princeps plus iusto compulsi infideles ad fidem, vt de Rege Siieobus aliqui dicunt, parcendum est, vt pote qui zelo religionis ducebatur, & ita explicanda est lex qui post sanctum Adde fortè conuersionem illam bonorum ob aliquæ delicta debet, & Imperatorem præcipere, vt sic mandaret executioni, nisi infideles ad fidem conuertantur. In quo casu solum est indirecta coactio. & sic intelligendum est, quod de Colicolis dicitur, & aliis paganis, suis enim factis, & sceleribus contra naturam, ita rem publicam turbabant, vt me- ritò poterit Imperator eos pernis hæreticorum punire: nisi deleris illis uitiis, & erroribus ad fidem conuertentur Adde. Colicolas uerè baptizatos esse, vt constat ex Augustin. epist. 163. circa finem. Ad idem est, quod de Constant, & Theodosio dicitur: licet namque illis fuit prohibere suis subditis cul- tam, uenerationem falorum deorum, vt pote contra natu- ramque obide illos cogebant directè fidem suscipere, quia sine susceptione illius uiuere poterant, colendo priuam unum Deum, & inuicem credendo, sibi placuisse.

Ad tertium ex illis uerbis Lucae, 14. Compelle intrare de solis hæreticis id intelligit Augustin. epist. 48. & 50. qui co- actione directa cogi possunt vt pote Ecclesie subditi. Si autem de infidelibus non baptizatis intelligatur, vt intelligit Chry- sostom. ibi, dicendum est illos compellendos esse ad fidem sine mundi, vt numerus prædestinatorum impleatur, non vi, & potentia sed signis, & miraculis, efficacia prædicationis, quo- modo fuit uisus Deus in Paulo conuertendo, Adde Paulum, & reliquos esse Deo omnino subiectos, ac proinde posse à Deo prout sibi placuit fuerit, compelli, præcipue cum metum in- ueniens possit simul inclinare cor hominis, vt fidem liberè suscipiat, quamuis à metu excitatus: & per hæc patet ad quar- tum.

Ad quintum constat ex dictis, quare coactio directa licita non sit, quia non est ab habente potestate.

Ad sextum concedo ad Ecclesiam pertinere blasphemantes, & iniuriantes fidem, postuina iniuria, & blasphemia comprime- re: secus uerò nolentes fidem recipere: ij enim propriè non dicuntur fidem blasphemare.

Ad septimum non omnia delicta ab hominibus punienda sunt aliqua Deo referantur: & unum ex illis est, infidelitas illorum qui Baptismum non susceperunt.

Ad ultimum dico pertinere ad quemlibet superiorem pro- curare, vt subditi obseruent leges naturales, & diuinas res- picientes sine in naturalem: nego tamen pertinere ad superiorem quemlibet procurare, vt eius subditi obseruent leges superoa- rales: & diuinas nisi talis potestas à Deo auctore supernantali- ti eius data sit: At constat ex dictis neque Ecclesie, neque secularibus Principibus datam esse potestatem circa infideles non baptizatos in ordine ad suscipiendam fidem Ergo.

An infideles cogi possint, & debeant, vt errores deponant & falsum cultum relinquunt.

- 1 Infidelem non subditum sola lege charitatis tenetur Princeps & Ecclesia ab errore remouere, at subditum specialiter tenetur.
- 2 Si errores infidelium contrarij non sint rationi naturali, sed solam nostræ fidei, non possunt à Principe cogi, ut illos de- serant.
- 3 Princeps Christianus possit cogere infideles non subditos errores rationi naturali contrarios deserere, & ob hanc causam oppugnare? Proponitur difficultas.
- 4 Statuitur nequaquam id fieri posse.
- 5 Excipiuntur peccata directè nocua nostræ fidei, & reli- gioni.
- 6 Satis est argum. num. 3. adductis.

**N**on est sermo de infidelibus baptizatis; hos enim clarum est posse, & debere cogi errores deponere, & falsum cultum, si assumant, relinquere. Solum est dubium de infidelibus non baptizatis, tam de subiectis ecclesie, & Chri- stiano principi, quam de non subiectis. Et quidem si infideles non sint subditi temporaliter Ecclesie, vel Christiano Princi- pi, non obligatur specialiter Ecclesia, nec Christianus Princeps procurare, vt errores deponant, quia sibi specialiter com- missi non sunt, obligatur tamen lege charitatis, eo modo quo uisusque obligatur ad salutem alicuius procurandam Si autem infideles subditi sunt Christiano Principi, vel tempo- rali Ecclesie, sicuti Iudæi Romæ commorantes subduntur Pontifici: tunc obligatur Ecclesia, seu Christianus Princeps eos ab erroribus rationi naturali conetariis, & à falso cultu, & superstitione deorum remouere: sic D. Thom. 2. 2. q. 10. art. 10. & 11. & ibi eius expositores. Bannes dub. 2. Coninch. dis- put. 18. dub. 12. conclus. 2. Suarez disput. 18. sect. 4. num. 9. Valent. disput. 1. quæst. 10. punct. 7. post princ. Ratio est clara, quia superiori competit gubernare subditos, vt secundum rationem uiuant; uiuere autem non possunt secundum rationem, nisi ea, quæ ra- tionis naturali obstant, relinquunt. Ergo superior ex suo mu- nere obligatur procurare, vt subditi ea deserant: atqui colere falsos deos, fornicari, furari, occidere, sunt contra rationem naturalem, vt de se constat. Ergo, obligatur princeps, ea à suis subditis tollere, Adde potestatem gubernandi datam esse à Deo hominibus, vt fidem naturalem consequantur, qui est ui- uere secundum virtutem, & rectam rationem. Ergo ex illa po- testate sequitur posse dirigere subditos, vt sic uiuant, & om- nia contraria coercere. Hæc rationes probant de quocumque principe tam fideli quam infideli posse & debere suis subdi- tis prohibere, quæ rationi naturali contraria sunt, eaque sic admissa punire. Verum ab hac obligatione aliquando princeps excimitur, scilicet cum timet rem publicam perturbandam esse, infideles à conuersione esse retrahendos, & grauiora mala in- de oritura esse iuxta illud Math. 13. ubi uolentibus Ieruis eradicare zizania, paterfamilias non consentit, ne fortè eradicetur simul & triticum, prudentis enim est ex duobus malis quo- rum alterum uitari non potest, minus eligere, sic D. Thomas communiter receptus 2. 2. quæst. 10. art. 11. & ibi Caietan, Ban- nes dub. 2. conclus. 2. Valent. punct. 7. in princ. Coninch. disput. 18. dub. 12. num. 194. Suarez disput. 18. sect. 4. num. 9. & tradit Au- gustin. reclus in cap. cum quisque, 23. quæst. 4.

Quod si ritus horum infidelium rationi naturali contra- rij non sint, sed solum sunt contrarij naturæ fidei, eiusque præ- ceptis, quales sunt ritus Iudæorum, & multi Saracenorum unum Deum colentium existimo nulla ratione cogi posse à suis Principibus ea deserere. Quia potestas Principis solum extenditur ad gubernandos subditos vt secundum rationem uiuant: at ij ritus contrarij non sunt naturali rationi. Ergo non extenditur eius potestas ad eos prohibendos.

Dices ad principem pertinere, vt omnes eius subditi uni- formiter uiuant quia sic pax, & iustitia reipublicæ necessaria conseruabitur, secus turbationi erit exposita. Ergo ad Princi- pem Christianum pertinet omnem diuersitatem cultus, & reli- gionis à suis subditis remouere.

Respondeo, si princeps probabiliter timet ex tolerantia, & permissione catenoniarum, & rituum infidelium fideles esse inficiandos, & rem publicam perturbandam, tunc inquam po- terit & debet prohibere infidelibus usum suorum rituum, non quia ipsi mali sint, sed quia occasione perturbationis præbent hæc tamen non est coactio directa, sed indirecta, quia sit in defensionem religionis ueræ, & præcipue pacis rei- publicæ, & tradit Coninch. num. 194. Quocirca licet ritus Iu- dæorum Ecclesia in suis subditis Iudæis permittat, vt ex usu, & praxi constat, & tradit Gregor. lib. 1. epist. 24. & lib. 11. epist. 15. & D. Thom. illo art. 11. & Augustinus lib. 18. de ciuit. cap. 46. hoc intelligendum est cum non sicut cum scandolo fide- lium, vt habetur cap. 13. & 7. de Iudæis. Et quia hoc scandalum

DE  
ASTRO  
PALATY  
TONI  
II

saepè Ecclesia timet, si Iudaeis liberum usum religionis concederet, ideo eos à multis prouinciis expulit, & in illis, in quibus tolerauerat, prohibet nouas Synagogas extruere; vel illas Ecclesiis Christianorum habere vicinas, signumque portare, quo à Christianis distinguantur: & in die Parasceue non debent in publicum progredi, neque tenere ostia, vel fenestras apertas, quæ, & alia habentur in *tit. de Iudæis, cap. quia, cap. consuetud. cap. in nonnullis, & tradit Gregor. lib. 7. epist. 58. & lib. 12. epist. 18. & aliis in locis.*

3. Difficultas ergo est de infidelibus Ecclesiæ, vel Principi Christiano non subiectis, an possit Ecclesia, vel Princeps Christianus eos cogere, ne idololatriam, & alia contraria rationi naturali exerceant, & inobedientes punire, & regno, si opus fuerit, priuare? Ratio difficultatis est primò ex Scriptura, *Ecclesiast. 10. ubi habetur propter inuultitias, iniurias, contumelias, & diuersos dolos transferunt regnum de gente in gentem. Ergo eo ipso priuantur iniuri regno, & ad iustos, & à Deo concessam sibi usurpari possunt. Et confirmari potest exemplo Israëliti populi, cui Deus concessit barbaras nationes d. bellare, & terram promissionis possidere: neque videtur adesse alia causa præter idololatriam illarum gentium, ut constat *Deuteronom. 32. ubi, Subuertite omnia loca, in quibus coluerunt gentes, quas possessuri estis. Secundò confirmari potest exemplo Genadi Exarchi laudati à Gregor. lib. 1. Registri, epist. 73. eo quod bella gereret aduersus infideles, & terram prædicationi euangelicæ recipiendæ disponeret. Secundò ij infideles Deum iniuriarum, & religionem Christianam blasphemant. Ergo pro defensione fidei, & religionis cogi possunt: si enim pro defensione innocens bellum suscipi potest, cur non pro defensione Dei, & religionis? Et confirmo. Si infidelis uerba contumeliosa contra religionem nostram profert, potest Ecclesia iniuriam sibi factam repellere, & vindicare, quia quilibet respublica perfecta ius habet se defendendi, & iniurias sibi factas vindicandi. Ergo etiam Ecclesia, quæ est respublica omnino perfecta, debet eam potestatem habere. Sed cum infidelis idololatriam, & alia uicia contraria naturæ committit, religionem nostram ipso facto blasphematur, ut dixit D. Thomas 2. 2. *quæst. 94. artic. 3. ad 1. Subtrahit enim Deo singularitatem dominij, & fidei præcepta negat. Ergo Ecclesia ius debet habere has iniurias propulsiandi, & vindicandi. Tertio si Ecclesia prohibere, & punire in infidelibus non potest idololatriam, & peccata contra naturam, plura erunt peccata, quæ sub humanam prohibitionem, & punitionem non cadant, hoc autem videtur esse contra rectam Dei prouidentiam. Ergo. Quarto aliquæ nationes sunt ita barbaræ, ut uideantur à natura constitui in feruos, & alia ita nobilis ingenij, ut uideantur domini, & rectores esse constituti: quod dixit Philosoph. *lib. 1. polit. cap. 2. ibi. Annus Poeta Græcos barbaris dominari oportere, quod idem sit natura barbarus, & feruus. Ergo nullam iniuriam committit Princeps fidelis, qui more belluino uiuentes in suam potestatem redigit, ea intentione: ut ab eorum cordibus errores depellat. Et confirmatur: nam Augustinus *lib. 5. de ciuitate Dei, cap. 12. & 17. & D. Thomas in opuscul. de regimine Principis, lib. 3. cap. 4. 5. & 6. laudant Romanos, quod barbaras nationes subiugarint, & uiuere secundum rationem docuerint. Propter hæc Maior in 2. *distin. 44. quæst. 3. & quidam Genadius Sepulueda Caroli V. historiographus, cuius meminit Suarez, Valent Bannes *locis allegatis, sentiunt penes Ecclesiam esse potestatem Reges idololatrias, & contra ius naturæ peccantes punire, etiam opus fuerit eorum regna occupare: consentit Antonin. 3. part. tit. 2. 2. cap. 5. §. 8. Aluarus Pelagius in *lib. de planctu Ecclesiæ, lib. 1. artic. 37. circa medium. Syluest. uerbo Papa quæst. 7. & Alphonsus à Castro *lib. 2. de iusta hereticorum punitione, cap. 14. Abbas in cap. quod super his, de uoto. Hostiensis *ibidem.**********

4. Nihilominus contraria sententia omnino tenenda est, nullo modo Principem Christianum neque autoritate sua, neque Ecclesiæ autoritate posse hos infideles sibi non subditos prohibere idololatriam, & peccata contra naturam, quæ specialiter ipsi religioni Christianæ, aut innocentibus contraria non sunt, sic D. Thomas 2. 2. *quæst. 12. art. 2. asserens sub titulo infidelitatis bellum indici non posse. Bannes *quæst. 10. artic. 70. dub. ult. conclus. 2. Valent. disp. 1. quæst. 10. punct. 7. circa medium. Torres *disp. 18. dub. 2. Coninch *disp. 18. dub. 12. 196. Suarez *disp. 18. sect. 4. num. 3. Victoria *relect. de Iudæis, §. 40. Soto in 4. *dist. 5. quæst. 1. art. 10. Couart. *reg. peccatum, part. 2. §. 10. n. 2. August. Barbol. *v. p. de potest. Episc. tit. 3. cap. 2. num. 38. Bonacina *disp. 2. de reser. quæst. ult. punct. ult. §. 2. fine.**********

Ratio est manifesta, quia Pontificali, qua talis est, non competit potestas gubernatiua hominum, nisi quatenus sunt membra Ecclesiæ militantis, cuius ipse caput, & pastor est, iuxta *text. in c. ult. de presbytero non baptizato. Ecce Dominus noster, §. 6. dist. Sed ij infideles, qui Baptismum non susceperunt, non sunt membra Ecclesiæ militantis. Ergo in illos nullam Pontifex, qua talis est, iurisdictionem habet, proinde qua talis, nec prohibere, nec punire delicta horum infidelium potest, sed neque etiam potest prohibere, & punire quatenus temporalem iurisdictionem habet, quia secundum hanc hi infideles illi non sub-*

duntur. Ergo. Et confirmo. Ideo vnus cuius non potest peccata alterius punire, & prohibere, quia non habet iurisdictionem temporalem in illum, sed Ecclesia, & princeps Christianus in hos infideles nullam habet iurisdictionem. Ergo neque etiam poterit eorum peccata prohibere, & punire. Aliis Hispani possent Gallorum peccata punire, & contra si à propriis Principibus non puniuntur. Item si propter infidelitatem licet mouere bellum Christiano Principi aduersus infideles, omnia plena essent bellis, & perturbationibus: nam cum quilibet existimet suam religionem veram esse, simul etiam existimabit infidelis sibi licere bellum indicere aduersus Christianos, eo quod à sua religione, quæ sibi uera uideatur, defectant. Ergo dicendum est nullo modo licere Ecclesiæ, aut Christiano Principi punire, aut prohibere peccata infidelium rationi naturali contraria.

5. Verum si peccata infidelium iniuriosa sint fidei, & religioni, & innocentibus nocua; poterit tunc Ecclesia, & Christianus Princeps in defensionem fidei, & innocentium ea propulsiare; & si opus fuerit, bella indicere, & regno sic nocentes priuare, ita Doctores statim allegandi. Ratio est clara, quia illud non tam est iurisdictionis exercitium, quam fidei, & innocentis defensio. Ex quo fit blasphemantem contra religionem, vel aliqua vi impediendum alicuius conuersionem posse cogi ab Ecclesia, ut desinat ab iniuria, & uolentia illata: imò existimo posse Ecclesiam sic iniuriatum punire, & de illo vindictam lamere. sic D. Thom. 2. 2. *quæst. 10. artic. 8. Bannes *art. 10. dub. ult. §. pro cuius decisione. Valent. *p. 7. in fine. Suarez *disp. 18. sect. 4. num. 4. Coninch *disp. 18. dub. 12. conclus. 5. multis exornat Fatnac. *de hæres. quæst. 178. §. 6. num. 132. Item poterit Ecclesia hos infideles bello oppugnare, si terras debitas Christianis occupant, neque desistant ab iniuria inferenda, qua ratione licet Turcas oppugnare. Item si innocentes diuinum inferant, ut si carnis humana uescantur, vel homines etiam uolentes diis sacrificare; debent tamen prius moneri, si ipse est fruusus, ut desistant, sin minus coerceri uiu & potentia debent. Suarez, Bannes, Coninch, Valent. *supra. Aduerso tamen Principem Christianum debere cessare à coactione infidelibus pro iis peccatis inferenda; cum primùm ipsi cessant à peccato, quia tota ratio honestatis hanc coactionem est defensio, non iniuriæ factæ vindictio.*******

6. Restat satisfacere argumentis *num. 4. adductis.*

Ad primum admitto transferri de gente in gentem regnum propter iniurias, non semper, sed quando Deo placet, cuius uoluntas cum nobis ignota fit, non inferunt posse quemlibet regnum alicuius inuadere, nisi uideat Regem iniuriam esse.

Ad confirmationem respondeo licet bella gessisse ex peccati concisione Dei, qui cum Dominus omnium sit potuit ob peccata uicinis nationis bonis, regno priuare, & in fauorem sui populi omnia illa concedere. Adde, filij Israël, ut ex August. *serm. 105. de temp. tom. 10. constat, ius habebant possidendi terram Chanaanorum, & per vim, & potentiam Chanaanæ filij Cham eam usurpatam habebant: poterant ergo pugnat, ut rem sibi debitam recuperarent. Secundo confirmatio, in qua exemplum Genadij adducitur, non est contra nos, quia Genadius pugnat aduersus eos, qui terram Romano imperio subiectam occupauerant, & in recuperationem illius bellum gessit; ipse uero ut Catholicus procurabat, ut simul Euangelium infidelibus prædicaretur, quod laudi tribuendum est. Adde illos, contra quos Genadius pugnat, esse infideles, hereticos, & Ariana peste infectos, ut constat ex Gregor. *lib. 1. registri, epist. 72. & 73.**

Ad secundum ex ratione petito dico idololatriam, aliæque peccata, esse quidem blasphemiam contra Deum, & religionem, non formaliter, sed materialiter. Ob materiale autem blasphemiam, & quæ in facto consistit, non potest bellum pagani inferri, quia non est iniuria directæ, & formaliter Ecclesiæ, & religioni facta: alii licet omnes infideles, & paganos bello oppugnare, imò omnes peccatores, quia omnes suis factis iniuriarum Deum, negando esse summum bonum Adde, etsi uerbis negaret infideles fidem, si tamen non ostendat se id facere in contemptum, & irrisionem religionis Christianæ, non habet Ecclesia ius illum oppugnandi, quia illa negatio non censetur iniuria facta formaliter Ecclesiæ, sed Deo: ac proinde Ecclesia potest illum vindicare, Neque est simile de lædente innocentem, in cuius defensionem potest iniuriam opprimere, quia illud est, quia se defendere potest: at Deus iniurias sibi factas defendere, & vindicare potest, quando sibi placuerit. Quare nisi ipse potestatem dederit, nullus poterit nomine illius defensionem suscipere, & iniurias illi factas vindicare.

Ad tertium nullum repto incontinentens de facto multa manete peccata impunita ab hominibus; nego tamen non constituisse Deum, qui possent illa peccata punire, constituit enim Deus Principes, & superiores in qualibet republica, quibus competit subditos deuiantes à recta ratione corrigere, & punire. Quod si de facto id non præstant, ipsi



delum liberari perseverando in regno infidelium, ex eo quod Princeps priuatur iurisdictione. At hoc fieri non potest, nisi addant hæc conditiones. Prima, vt addit morale periculum, & proximum peruersionis. Secunda, vt non sit alia commodior via vitandi illud periculum. Tertia, ne ex illa priuatione sequantur grauiora mala, quæ communiter timeri debent. Nam cum priuatio huius iurisdictionis fieri vix possit, nisi per depositionem Principis, & hæc tot malis solet esse exposita, efficitur sanè magno opus esse circumspectione in hoc remedio.

8 De potestate dominij maior est dubitatio, an Princeps infidelis priuari ea possit circa seruos fideles ob bonum, & honorem fidei? Affirmant plures cum diuo Thoma 2.2.9.10. art. 10. etiam in casu quo nullum sit periculum peruersionis. Lorca ibi, Bannes *dub. ult. concl. 4.* reputat probabile Valent. 2.2. *disp. 1. quæst. 10. p. 8. pag. 400.* & cum adest periculum peruersionis docet absolute, & addit hoc periculum communiter adesse ex communicatione, & habitatione fidelis cum infideli: idèque posse Ecclesiam eximere fidelem seruum à potestate infidelis, contenti Malder. 2.2. *quæst. 10. art. 10. conclus. 3. & 4.* Et primò probatur, quòd priuatio dominij fieri possit, etiam si non addit periculum peruersionis solum ob fauorem fidei, quia hæc priuatio dominij non fit ab Ecclesia ex directa potestate, quam habeat in infideles, sed ex iure quod habet defendendi, & tuendi subditorum fidelium dignitatem; quæ negari non potest multum extolli, ex eo quòd susceptione fidei à seruitute liberentur. Secundo, ex conuersione vnus infidelis ad fidem altero in infidelitate permanente, dissoluitur matrimonium fauore fidei, & priuatur coniux infidelis iure acquisito, quòd habebat; ergo etiam priuari poterit dominio serui infidelis, ex eo quòd ad fidem serui conuertatur, quamuis periculum peruersionis absit. Verum si periculum peruersionis adsit, tunc videtur necessario concedendum, posse Ecclesiam à dominio seruitutis fidelem liberare, quia in hac libertate solum exercetur defensio, & indirecta iurisdictione. Tertiò, quia ratione infidelitatis merentur priuari dominio in seruos fideles. Ergo excurio huius meriti ab Ecclesia est faciendum.

9 Ceterum dicendum existimo, per se loquendo, & ratione fidei, non potest Ecclesia fideles à dominio infidelium liberare, sic Nauarr. *summ. cap. 17. num. 103. & 104.* supponit Molin. *de iustit. tit. 1. disp. 39. vers. quartus est.* Couarr. *in reg. peccatum 2. p. §. 11. num. 6.* Suarez *disp. 18. de fide sect. 5. n. 10. Coninch. disp. 18. dub. 10. conclus. 3. & 4.* Turrian. *disp. 52. dub. 1.* Ratio est, quia nullibi constat à Christo concessam esse hanc potestatem; sed potius colligitur contrarium ex multis locis Scripturæ, vbi mandantur serui dominis suis obedire, ad Titum 2. ad Ephes. 6. 1. Petri 2. & alibi. Quapropter in *cap. si quis seruum, 7. qu. 4. g.* grauer reprehenditur suadens seruo fugam prætextu religionis; si autem liber existeret, suaderi ei poterat fuga, ipsèque liberè eam arripere posset.

10 Secundo dico ratione periculi peruersionis, si sit proximum, & morale, poterit tunc seruus eximi à seruitute; sed hoc non est speciale in seruo fideli respectu infidelis, sed in quocunque seruo respectu sui domini, si seruum ad peccatum tentauerit pertrahere. poterit seruus ab illius dominio se eximere, & Ecclesia poterit partes illius suscipere, & sibi subditum ab imminenti damno liberare. sic supra citi Doctores. Ex præcisâ tamen habitatione fidelis cum infideli, non censetur periculum peruersionis adesse ita graue, vt possit Ecclesia dominum infidelem dominio serui priuare. Nam ipse seruus non potest ob tale remotum periculum à seruitute fugere; quia non est necessaria fuga, vt se indemnem seruet. Ergo neque Ecclesia poterit fugam præcipere, quia in tantum eam præcipere potest, in quantum ad seruandum indemnem suum fidelem necessaria est. Adde grauius periculum adesse, cum seruus fidelis virtuti deditus habitat cum domino fideli vitioso; sed si dominus ad peccatum non pertrahit suasionem importuna, aut alia via iniusta, non potest seruus dominum deserere; quia illud non censetur graue periculum, cui Deo adiuuante, succurri moraliter non possit. Ergo neque erit censendum mortale periculum habitare fidelem cum infideli, si nulla adest vis, aut importuna suasio ad peccatum.

11 Rationes contrariæ non videntur.

Ad primam admitto aliquem esse fauorem fidei, si serui fideles ob fidem receptam à seruitute liberarentur, sed dico longè maiorem esse eos non liberari, quia ex tali libertate redderetur odiosa fides infidelibus, & suspecta iniustitiae. Item ipsi serui, vt libertatem obtinerent, fortè simulatè conuincerentur.

Ad secundam concedo matrimonium infidelium per conuersionem vnus ad fidem à tero pertinaciter manente dissolui ex dispensatione Christi explicata per Paul. 1. *Corinth. 7.* Nego tamen idem esse dicendum in seruitute, quia nullibi habetur Christum Dominum exemisse seruum fidelem à dominio infidelis ob fidei susceptionem.

Ad tertiam nego ob infidelitatem semper dignos esse infideles priuari dominio; sed aliquando infidelitas est purè negatiua, quæ peccatum non facit; quando autem infidelitas

positiua est, & peccaminosa: tunc admitto infideles dignos esse, vt dominio priuentur, sed priuandi sunt ab eo, qui eorum fuerit superior, non ab Ecclesia, quæ nullam in illos habet directam potestatem.

## PUNCTVM IX.

Quousque communicatio fidelis, cum infidelibus prohibita sit.

- 1 In ritibus, & superstitioso cultu iure natura prohibita est talis communicatio.
- 2 Non licet Catholico infidelem admittere ad sacramentorum receptionem.
- 3 Si fidei imminet peruersionis periculum, iure natura prohibita est communicatio.
- 4 Iure Ecclesiastico prohibetur esse fidei admittere non baptizatum ad sacrificium Missæ, bene ad orationem.
- 5 Hæreticus denuntiatus vitandus est à fidei in quacunque communicacione, quæ necessaria non sit.
- 6 Enumerantur casus, in quibus iure Ecclesiastico videatur communicatio fidelis cum infideli prohibita.
- 7 Familiaritas cum iudeis de se periculosa prohibetur.
- 8 Alii casus solum prohibentur, cum iure natura prohibita accedit. Excipit vnus, vel alterum.
- 9 Esus azymorum prohibetur si fiat ritu Iudaico, & non aliter.
- 10 Non licet Iudæum, vel Sarracenum ad medendum vocare, nisi urgente necessitate.
- 11 Item neque medicinas ab ipso applicitas recipere.
- 12 Ingressus in balneum cum Iudæo, quæ ratione prohibetur.
- 13 Quid de conuiuio.
- 14 Nutrire filios Iudæorum extra illorum domus non videtur prohiberi.
- 15 Quid de famularu.
- 16 Non licet Christiano Iudæos heredes, vel legatarios facere.
- 17 Quando sit peccatum mortale in supradictis casibus communicacione.
- 18 Supradictæ prohibitiones de solis Iudæis intelliguntur, vt prohibitis reposit.
- 19 Quis possit in supradictorum casuum prohibitionem dispensare.

**D**uplex esse potest communicatio, alia in rebus diuinis, alia in humanis, & politicis. Item potest esse communicatio fidelis, cum infideli baptizato, & Ecclesiæ subdito, vel cum infideli non baptizato. Ac denique prohibito esse potest iure diuino, & naturali, vel solum iure Ecclesiastico.

Primo certum est iure diuino, & naturali prohibitam esse communionem fidelis cum infidelibus in suis ritibus, & superstitioso cultu, v.g. sacrificando, orando, & alia efficiendo, quæ ipsi infideles præstant. Ratio est clara, quia cum talis cultus intrinsecè maus sit, nequit vlla ratione honestatis, aliâ idololatricæ externa honestate possit. An verò si eius sacrificiis, & orationibus interitis, censentis cum illis communicare, & quando te à peccato excusare potes, diximus supra, eum de confessione externa fidei loqueremur. Item an sit cooperatio, & communicatio ad superstitiosum cultum vendere animalia sacrificanda Iudæo, vel Gentili, dicemus in disp. de scandalo.

2 Secundo certum non est licere Catholico admittere infidelem ad sacramentorum participationem, quia est incapax illorum fructus, quòd si infidelis se per vim ingerat, poterit Ecclesia eum tanquam iniuriosum religioni repellere, & punire. Ex quo fit non licere fidei cum infideli matrimonium contrahere, non solum ob periculum peruersionis; sed etiam ob reuerentiam sacramenti, quòd non potest vnus recipere, alio non recipiente.

3 Tertiò certum est iure diuino, & naturali prohibitam esse fidei communicationem cum infidelibus quibuscumque, si ex tali communicatione imminet peruersionis periculum; quia quilibet tenetur salutis suæ consulere, quòd non censetur facere, quando periculosa, & nocua non vitat. sic D. Thomas 2.2. *quæst. 10. art. 9.* ab omnibus receptus. Hoc autem periculum ex communicatione frequenti, & diuturna semper timeri potest, præcipue si Catholicis simplices sint, & communicatio sit cum Iudæis, vel hæreticis, qui nullam occasionem omittunt fideles animas pervertendi, vt bene relato Cypriano, Athanasio, & Irenæo ponderauit Coninch. *disp. 18. de fide, dub. 11. num. 137.*

4 Quarto certum est iure Ecclesiastico prohibendum esse fidei admittere infidelem non baptizatum ad sacrificium Missæ, iuxta textum in *c. Episcopus, de consecrat. distinct. 1.* bene tamen ad orationes priuatas, ad concionem, & ad alia quæ Missæ Catechumenorum vocantur, vt constat ex supradicto text. Si autem ex admisione ad sacrificium speraretur fructus aliquis specialis, vt eius vel alterius conuersio, tunc admitti posset infidelis non nominatim excommunicatus. *Ægyd. Coninch. disp. 18. dub. 11. n. 164.*

5 Quinto certum est iure Ecclesiastico infidelem hæreticum,

etiam si denuntiatus sit, aut clerici manifestus persecutor, vitandam esse a fidei in quacumque communicatione, quae omnino necessaria non sit, vt late dicimus in materia de excommunicatione, & supponit in presenti Valent. Coninch, Suarez, & alij statim allegandi. Dixi, si denuntiatus sit, nam esse denuntiationem etiam si notorius haereticus sit, non est ex obligatione vitandus. Sanchez lib. 2. cap. 9. n. 5. & 6. Ex quo fit ex vi iuris Ecclesiastici tibi non esse prohibitum orare, sacrificio assistere, celebrare, etiam si simul ad sit haereticus, quia nulla est obligatio vitandi; neque in humana conuersatione, nec diuina, quovis modo denuntiatus sit, sic Azor tom. 1. lib. 8. institutionum moralium cap. 11. q. 4. Nauar. lib. 5. consil. tit. de haereticis. consil. 16. num. 7. in 2. edit. Sanchez lib. 2. cap. 9. num. 7. Item ex vi iuris Ecclesiastici non obligat vitare haereticum non denuntiatum in admittitione sacramentorum, sed potes ab illo sacramenta recipere, si rita Catholico admittit, iis in casibus, in quibus a ministro peccatore tibi licitum est, sic Sanchez num. 17. cum Suarez tom. 3. de sacram. disp. 18. sect. 1. notab. 3. Item licet tibi filium haereticum de facto fonte suscipere, illum non ad Ecclesiam, & scholas admittere eadem ratione, Azor. lib. 3. cap. 11. quast. 8. & 9. Nauar. lib. 5. consil. tit. de constituti. consil. 11. quast. 27. Sanchez lib. 2. cap. 9. num. 7. Non tamen licet tibi haereticorum scholas adire ob periculum persecutionis; neque haereticum patrum tui filij adhibere; quia non potest obligatio illam docendi rudimenta fidei satisfacere eo quod haereticus prohibitus sit docendi munus. Nauar. quast. 29. Azor, & Sanchez supra.

Solum de matrimonio est grauis difficultas, an tibi liceat cum haeretico non denuntiato contrahere?

Respondio breuiter latius tractandum in materia de matrimonio, in teris Catholicorum nullo modo licere, quia adest periculum peruersionis, & specialis Ecclesiae prohibitio. At in teris, ubi passim versantur Catholici mixti cum haereticis, confutatio obuium licere, quia non adest regulariter tale periculum, si tamen aliquando adfit, quia Catholicus non est permitendus Christiane viuere, sed potius timore vexandus, vt si deum delectat, nullo modo licet; & fortiori ratione non licet peccata mittere, vt aliqui filij haereticum prostituunt, alij Catholicam fidem esse enim infidelitati consentire, & approbare, vt bene dicit Sanchez lib. 7. de matrim. disp. 7. n. 5. & 6. & in Decalog. lib. 2. cap. 9. num. 9. Verum cui ratione excommunicationis, quam haereticus contrahit, eius familiaritatem non tenent vitare, quovis denuntiatus sit, rames si inde haereticus occasionem sumit perseuerandi in haeresi, vel alij praesentem te illis erroribus consentire, omnino illum vitare debet. Quapropter in foro externo ex nimia cum haeretico familiaritate, conuersatione, visitatione, munerum oblatione, haereticis haereticus redderet, & factor haereticus iudicaris, ex text. in cap. de sollicitudine, vers. in penam de purgac. canon. ubi indicitur purgatio sic cum haeretico conuersari ob suspicionem, & ad officio suspenditur. Suspicio autem modo leuis, modo grauis iudicanda est pro qualitate circumstantiarum; quae omnia tradit optime Eymeneus 2. quast. 56. & ibi Pegna Farinae, plures exornat, vt solet q. 182. §. 10. a. num. 166. & segg.

6. Restat examinare, qui sint casus, in quibus iure Ecclesiastico prohibita sit cum infidelibus communicatio. Et quidem generaliter prohibetur familiaritas cum Iudaeis, cap. Iudaei cap. ad hoc cap. sine Iudaeis. Specialiter autem videlicet casus enumerantur a Doctoribus. Primo, prohibetur Christianis cum Iudaeis habitare, secundo, eorum azymis vesci. Tertio, iis medicis vti. Quarto, ab eis medicinas accipere. Quinto, simul cum eis in balneum ingredi. Ii casus habentur in cap. nullus, 28. quast. 1. quod desumptum est ex can. 11. Concilij Trullani. Et tria de his tribus imponitur poena depositionis, si clericus sit; excommunicationis, si laicus, non ipso facto, sed ferenda. Sexto, prohibetur fidei Iudaeis inuitare, vel ad eorum conuiuija accedere. cap. omnes. 28. quast. 1. qui est ex Concilio Agathensi. c. 40. Septimo, esse obitricem, aut nutrices eorum filiorum, in eorum domibus. Octauo, eis famulari. Nono, ne Iudaeis in testamento aliquod reimponeat, vel legatarios faciant, c. si quis Episcopus, de haereticis, cap. sane. el. 2. 2. 4. quast. 2. Decimo, seruitus vinculo subici. Hi tres casus habentur cap. ad hoc de Iudaeis. Undecimo, ne publica officia illis committantur, cap. constituitur. 17. q. 4. vbi permittentes excommunicandi sunt. Hos casus referunt, & late explicant Syluest. Armilla Ang. Tab. Rosella verbo Iudaei. Azor tom. 1. lib. 8. c. 22. Sanchez lib. 2. Decal. cap. 3. Suarez lib. 18. de fide sect. 6. d. n. 6. Coninch disp. 18. dub. 11. a. num. 166. Bonacina disp. 3. de fide quast. 2. punct. 5.

7. Breuiter tamen per singulos dicemus. Et in primis quantum attingit ad generale prohibitionem de familiaritate cum Iudaeis, solum exitimo eam familiaritatem prohiberi, ex qua periculum peruersionis, & scandalum timeri potest. Quare iis cessantibus, cessat prohibitio. sic D. Thom. 2. 2. q. 10. art. 9. Coninch num. 167. sine Sanchez num. 2. & 3. Probabile tamen est etiam in particulari casu cessare periculum peruersionis, aut scandalum, adhuc familiaritatem prohiberi; quia lex non casus singulares, sed ea quae communiter contingunt, respicit. Sic Suarez n. 6. vbi solum existimat familiaritatem cum Iudaeis de Castro Sum. Mor. Pars 1.

deis permittit iis solis personis in fine ita firmis, vt infidelium eorum conuersio specialiter commissa sit.

8. De quinque autem primis casibus desumptis ex Concilio Trullano, & relatis in cap. nullus, 26. quast. 1. censet satis probabile nullam esse prohibitionem, praeter eam, quae iure naturae inest, quia canones illius Concilij non sunt ex VI. Synodo generali, prout Gratiano videtur; sed quorundam Pontificum, qui, vt Iuliano Imperatori Romanae Ecclesiae inimico, placerent, plura statuerunt, quorum statuta ab Ecclesia Romana recepta non sunt, vt bene probat Bannes 2. 2. quast. 1. art. 1. dub. 5. pag. 138. & huiusmodi quinque casus non obligare affirmat Coninch. disp. 18. dub. 11. num. 168. Verum quia Alexand. III. in Concilio Lateranensi, & alij Pontifices ferè eisdem verbis, supradictos casus statuerunt, & communiter a Doctoribus approbantur, placet eos expendere sigillatim. Primo est prohibita habitatio cum Iudaeis, cap. ad hoc de Iudaeis, & extenditur haec prohibitio ad Saracenos, cap. Iudaei, el. 2. eodem tit. Nomine autem huius habitationis intelligitur solum diuturna Christiani in famulatu subiectio, quia haec subiectio, & indigna est Christiani nominis in teris Christianorum, & periculum generat peruersionis, sic Coninch. num. 167. & 68. Bonacina disp. 3. quast. 2. punct. 5. vers. 1. casus. Ex quo fit primo licere Christiano Iudaeum habere in seruum, quod & conceditur in cap. eisi Iudaei, de Iudaeis, & tradit Sanchez lib. 2. cap. 31. n. 6. Suarez disp. 18. sect. 6. num. 7. Coninch Bonacina supra. Secundo, sit licere Christiano cum Iudaeis commorari seruando, v. g. vt reque Catholico domino, si ab sit periculum peruersionis, quia solum habitatio famulatus, in supradicto cap. ad hoc, prohibetur, sic Coninch supra. Expediet tamen vito Catholico quamcumque familiaritatem, & cohabitationem fugere.

9. Secundus casus de elu azymorum exitimo solum illam comestionem esse prohibitam iure Ecclesiastico, quae iure etiam diuino prohibita est: quare cum iure diuino solum prohibita est comestio azymorum, quae ritu Iudaeo fit, id est, quae fit ex obseruatione legis Moysi, & illa, ex qua hoc scandalum potest generari, solum illa iure comestio prohibetur, colligitur ex c. satius, 32. q. 4. & tradit Suarez sect. 6. n. 7. Coninch expressius n. 168.

10. Tertius casus de aduocatione Medici Iudaei, vel Saraceni, ad curandum, receptus est non tam ex supradicto cap. nullus, quam ex speciali Bulla Greg. XIII. edita anno 1581. quae incipit, Alia pia memoria, & est 28. ipsius in Bullario, in qua haec prohibitio continetur. Sed cum omnis lex humana, & Ecclesiastica non obliget in casu grauis necessitatis, ex benigna interpretatione legislatoris; haec obligatio cessat, quoties fidelis infirmus, grauius indigerit ope medici Iudaei, vel Saraceni. Haec autem necessitas prudenter arbitrio ponderanda est. Illa autem sufficit, si Iudaeus est notabiliter doctus, vel morbus indiget multis medicis, & Christiani non sufficiunt: Sic alios referens Sanchez lib. 2. c. 31. num. 8. Bonacina punct. 5. vers. tertius casus. Suarez loquens generaliter supra n. 8. Coninch num. 168.

11. Circa quartum casum de medicinarum receptione, credo solum prohiberi Christiano recipere medicinas a Iudaeo per manus, & ministerium eius, ita Suarez num. 9. Bonacina supra; quia haec applicatio medicinarum est quaedam curatio, & reducti potest ad prohibitionem factam a Gregor. XIII. Vnde non poterit Christianus extra casum necessitatis permittere, vt Iudaeus illi venam scindat, chirurgi officium exerceat, vel alias medicinas applicet; fecus vero, vt barbam radat, aut capillos tondat, quia haec nullibi prohibentur; cum non sint medicinarum applicatio, sic Sanchez num. 9. Sed num. 10. extendit supradictam prohibitionem ad Christianum medicinas Iudaeo applicentem, & dicit non posse applicare extra necessitatem, quia est eadem causa prohibitionis. At credo contrarium probabilius, quia prohibitio non est extendenda extra casum in verbis legis comprehensum, etiam si eadem ratio militet: praeterquam quod in presenti non videtur etiam ratio familiaritatis adesse respectu Christiani, quando ipse officium medici exerceat, ac quando ipse curatur. Nam quando curatur ratione beneficii recepti, familiarior, & grauior se prociat ostendere; quam familiaritatem non contrahit, quando ipse curat.

12. Quintus casus est, ingressus in idem balneum cum Iudaeo: quem casum nullibi reperio expresse, nisi in supradicto cap. nullus, quod iam dixi non esse firmam auctoritatem. At postea illa prohibitionem non de quocumque ingressu simultaneo intelligenda est. Nam si casu Catholico accedit lauari, cum Iudaeus balneum ingreditur, non tenetur lorio simultanea ex intentione, & conuentione; haec enim est, quae familiaritatem inducit, quam ille textus vitare intendit.

13. Sextus casus Iudaeorum conuiuija admittere, vel illos ad conuiuium inuitare. Rationem huius prohibitionis aliqui existimant esse, vitare familiaritatem cum Iudaeis, quia ex illa periculum peruersionis oritur: sic alios referens tradit Sanchez num. 12. At credo probabilius rationem huius prohibitionis esse

DE  
ASTRO  
ALAY  
TOMI  
II



esse discretionem ciborum à Iudæis factam; Iudæi enim aliquos cibos ut immundos respiciunt, alios sumunt, & quia Christianis eorum conuiuia admittens exponitur periculo eorum consuetudinem approbandi, vel saltem apparendi inferiori in sanctitate. Quocirca si Iudæi cibos non discernunt, cessare hanc prohibitionem existimat Azor *tom. 1. lib. 8. institutionum moralium cap. 22. quest. 3.* Coninch alios referens *nu. 169.* Quod autem ciborum discretio sit ratio prohibitionis, expresse traditur in *c. omnes, 28. q. 1. vbi ex Concilio Agathensi. cap. 40.* dicitur: Omnes deinceps clerici, siue laici Iudæorum conuiuia euitent, neque eos ad conuiuium quiscquam accipiat, quia cum apud Christianos communibus cibis non vtantur, indignum, atque sacrilegum est eorum cibos à Christianis sumi: cum ea, quæ Apostolo permittente nos sumimus, ab illis iudicentur immunda; ac si inferiores incipient esse Christiani, quam Iudæi, si nos quæ ab illis apponuntur, vtamur, illi verò à nobis oblata contemnant.

Aduerto supradictam prohibitionem quomodocumque sumatur, intelligendam esse de conuiuio formali, in quo, vel tu inuitas, vel es inuitatus: nam si casti in eodem diuiciorio reperiant, & in eadem mensa manduces, vel ab illo tanquam hospite cibos sumas edendos in eadem mensa cum illo, non peccas aduersus hanc prohibitionem; quia neque inuitas, neque es inuitatus: sic Sanchez *d. lib. 2. cap. 31. n. 13. & seq. Bonacina disp. 13. q. 2. p. 5. casu 5.*

Aduerto secundo non comprehendi supradicta prohibitionem prædicatorem ad Iudæorum conuersionem missum: quia ratione officij, & fructus sperati permittitur illi ea familiaris communicatio, vt sic facilius obtineatur conuersio: habetur *cap. quam sit, de Iudæis. Sanchez n. 16. Bonacina supra. Suarez disp. 18. sect. 6. num. 7.*

Supradictam prohibitionem extendit Sanchez *num. 17.* ad alia plura, & affirmat nunquam licere fideli ad nuptias Iudæorum accedere, neque ad eorum festiuitates, neque in eorum templis ingredi, præcipue cum superstitione ibi celebrantur; neque cum eis ludos, & choreas agitare, quia ex his non modica familiaritas conciliatur. Cæterum, quia non inuenio aliquem textum, in quo specialiter hæc prohibitio continetur, credo non extendi prohibitionem ultra id, quod ratio naturalis dicitur. Quare vbi tãta contraheretur familiaritas, quæ vel periculum peruersionis, vel scandali generaret, peccatum esset ea admittere; secus illo periculo cessante. Et idem est de ingrediente in templum Iudæorum, vt eorum superstitionem inspectet, & irideat, vel ornatum aspiciat, non peccabit, si abstinere peruersionis & scandali, & docet Sanchez *n. 18.* & Bonacina *vers. solutus.*

14. Septimus casus est nutrire filios Iudæorum. Aliqui existimant prohibitum esse Christianis nutrire filios Iudæorum, non solum in domibus Iudæorum, sed extra; quia licet textus in *c. ad hæc*, specialiter dicat, in domibus Iudæorum; illud videtur non gratia restringendæ obligationis positum, sed quia frequentius contingit positum est in exemplum. At ita sensus prohibitionis est, ne Christianæ infantes Iudæorum nutrant, maxime in eorum domibus: sic Azor *lib. 8. c. 22. q. 9. Syluest. verbo Iudæus, q. 3. dicto 2.* Sanchez alios referens, *dicto cap. 31. n. 19.* Suarez *disp. 18. sect. 6. num. 8.* Mouentur, quia ratio huius prohibitionis est, vitare familiaritatem, & affectionem cum Iudæis; quæ non vitatur, etiam si Christianæ in suis domibus filios Iudæorum alendos suscipiant, quia parentes amore proliis sæpe nutrices inuident. Quod si aliquando hæc frequens visitatio cessaret, ita vt non conseretur contrahi specialis familiaritas cum Iudæis ob nutritionem filiorum, existimat Sanchez, cum Syluest. Tabien. & Armilla prohibitionem cessare. Cæterum credo probabilius non comprehendi sub dicta prohibitionem nutritionem factam extra domos Iudæorum. Sic docet Abbas *in supradicto c. ad hæc, n. 2.* Cardinal *n. unico, glossa verbo in eorundem Bonacina, vers. septimus casus.* Coninch *n. 170.* Ratio est, quia finis illius prohibitionis non est vitare quemlibet affectum, & familiaritatem cum Iudæis, sed familiaritatem in famulatu, quia hæc periculosior est, & dignitati fidei videtur indigna, non enim deerit, vt filius liberæ seruiat filii ancillæ, vt dicitur in *cap. est, de Iudæis.* Ad quando Christiana mulier in sua domo nutrit infantes Iudæorum, non propriè dicitur illis seruire, & familiaritatem reuerentialem contrahere, quæ animam eius submittat, & inclinet voluntati domini, cui seruit. Alias si familiaritas esset ratio prohibitionis, multæ actiones prohiberentur, vt emere frequenter à Iudæo, vel illi merces vendere, colloquia miscere, illum habere in seruum, & alia huiusmodi, quæ apud citatos auctores vt licita admittuntur.

15. Octauus casus prohibet Christiano famulari Iudæo, *dicto c. ad hæc.* Intelligo tamen si famuletur in propria domo Iudæi, quia solum qui ibi habitat, & per propriam personam Iudæo ministrat, famulus censetur: sic Hostiens. *in supradicto cap. 1.* & ibi Ioan. Andr. *num. 2.* & tradit Coninch, *duo. 12. num. 171.* Bonacina *disp. 3. quest. 2. punct. 5. num. 2. vers. primus casus.* Video tamen Sanchez plures Doctores referentem extendere hanc prohibitionem ad famulatum extra domum, siue sit seruus, siue frequens; quia ratio prohibitionis est, ne filij liberæ

seruiant filii ancillæ. Quæ ratio procedit de quocumque famulatu, siue extra, siue intra domum. Addit item *num. 2. 1.* licere Christianis locare suas operas Iudæis ad colendos agros, fabricandam domum; modò tamen Iudæus non sit continuo præfens labori: nam si frequenter afflirit, videtur occasio familiaritatem contrahendæ, ac proinde militæ prohibitionem. Cæterum credo retinendam esse doctrinam Ioan. Andr. Hostiens. Coninch, & Bonacina *supra*, scilicet solum famulatum in propria domo prohiberi, quia is est, qui propriè famulus nuncupatur; alij verò coloni, & mercenarij nuncupantur. Neque obstat rationem prohibitionis esse, ne filij liberæ seruiant filii ancillæ, quia non prohibetur quocumque seruitium. Alias non liceret operas conducere, vt ipsemet Sanchez dicit; sed prohibetur seruitium famulatus, qui propriè in sola domo Iudæorum reperiri potest. Quòd autem præfens, vel absens sit Iudæus labori præfesto, non potest esse causa, vt impediatur Christianus locare illi suas operas: tum quia ex tali locatione, & seruitio non solet contrahi familiaritas: tum etiam, quia non queritur familiaritatis occasio esse prohibita; sed illa quæ ex famulatu contingit: neque textus in *cap. mulierum, de Iudæis*, distulgit, an absens, vel præfens sit Iudæus cultura agrorum, vel domorum adificationi.

16. Nonus casus est, ne Christianus hæredes, vel legatarios faciat Iudæos. Et quidem non licere Christiano vniuersitari Iudæorum aliquid legare, esse omnium sententia, ex *l. 5. C. de Iudæis.* Legare autem alicui pagano in particulari prohibitum est Episcopis, in *c. si quis Episcopus, de hereticis*, quod præceptum ad clericos extenditur in *cap. inter eos, eodemo titulo.* Sed iam consuetudo obtinuit nullum esse legatum, extra extremam, vel grauem necessitatem relicto Iudæo, siue consanguineo, siue non consanguineo: sic Syluest. *verbo Iudæus, quest. 1. dicto 6.* Sanchez *n. 22.* Suarez *n. 9.* Coninch tamen dicit inspectandam esse consuetudinem, *n. 171.*

Decimus, & vndecimus casus in præcedenti puncto explicati fuerunt. Addendum omnibus istis, prohibitum esse Christianis, deferre arma, vestes, cibos, & alia iustitia Iudæis, & Paganis reipublice Christianæ inimicis, sub pena excommunicationis reuertate in Bulla Cenæ, vt ibi explicamus, & traditur prohibitio *cap. ita quorundam, de Iudæis, cap. quod olim, eodem titulo.*

Extra hos casus licet Christiano cum Iudæis, vel paganis communicatio, atque adeò licet ibi conuerti, & conuerti emptionis, & venditionis. Cauenda tamen est nimia familiaritas, ne periculum peruersionis succedat. Sic Sanchez *dicto lib. 2. c. 31. num. 23.* Bonacina *disp. 3. q. 2. punct. 5. circa finem.* Azor *lib. 8. c. 22. quest. 4.*

17. Triplex restat expedienda difficultas circa supradictos casus.

Prima, an sit peccatum mortale quocumque ex illis violare? Negat Emanuël Saa *summa verbo Iudæus, num. 1.* nisi adit periculum peruersionis, consentit Aragon *2. 2. quest. 10. art. 9. circa princip.* At credo esse mortale per se omnia ista, quæ iure communi continentur, quæ sunt sex illi casus postremo loco positi. Quatuorcentis censo esse mortale diuturno famulari Iudæo, eius medici opera vti, nutrire eius filios in eius domo, tolerare eos in officiis publicis, & sic Azor *cap. 22. quest. 1.* Sanchez *cap. 31. num. 26.* Suarez *disp. 18. de iude, sect. 6. num. 9.* Ratio est, quia tum ex parte finis, tum ex parte materiae, est sufficiens causa, vt horum casuum obligatio censetur grauis esse. Aliquando tamen ex leuitate materiae hæc excusari possunt, quod commune est omnibus præceptis: sic Suarez, & Sanchez *supra*.

18. Secunda difficultas est, an hæc prohibitiones de Iudæis solum, vel generaliter de omnibus paganis intelligendæ sint? Aliqui affirmant de omnibus intelligendas esse, quia in omnibus militat eadem ratio, scilicet periculum subuersionis ex illorum communicatione: sic Tabien. *verbo Iudæus, quest. 1. num. 2.* Negat Sanchez *lib. 2. cap. 31. num. 25.* quia solum de Iudæis textus loquuntur, & in Iudæos est specialis ratio ob eorum singulare odium in Christianos. Suarez *disp. 18. sect. 6. n. 10.* sub distinctione procedit, admittit quidem cum Sanchez prohibitionem non extendi ad quolibet Gentilem, & paganum, quia non omnes sunt ita Religioni Christianæ infesti: ac extendi ad Sarracenos, & Mahometanos, quia hi æque Religionem Christianam oppugnant, ac Iudæi, & æque est eorum familiaritas perniciosa. Deinde, quia in iure hæc extensio sæpe reperitur, *l. vlt. §. C. de Episcopis, & clericis, cap. ad hæc, e. cum sit nimis, cap. in nonnullis, cap. Iudæi, el. 2. cap. vlt. de Iudæis.* Verum cum prohibitio extra verba legis extendenda non sit, & prohibitiones fore omnes loquantur de solis Iudæis, existimo alios infideles non comprehendi, sed quia aliqui casus sunt, in quibus extenditur prohibitio tum ad Sarracenos, tum ad paganos. Solum illi casus, in quibus reperitur talis extensio, admittendæ sunt, non alij, ij sunt famulari Iudæis, & Sarracenis, ex *cap. Iudæi, el. 2. de Iudæis.* præponere Iudæum, & quemlibet paganum publicis officiis, *cap. eum sit, cap. ex speciali, de Iudæis*, neque video alios casus, in quibus alij præter Iudæos comprehendendi sunt.

19 Tertia difficultas est, quis possit in supradictis casibus dispensare, dum est obligatio illos seruandi? Facilis est re- solutio, solum Pontificem posse, quia est lex ab ipso lata, cuius dispensatio nulli reperitur Episcopis concessa: sic, plures re- ferens, Sanchez num. 27. At in casu speciali, ubi necessitas in- flaret, & esset periculum in mora, posset Episcopus, quia tunc dispensatio censetur concessa Episcopo ex benigna legislatoris interpretatione. Sic Suarez supra num. 9.

PUNCTVM X.

Sub qua censura infidelium, hereticorumque libros Ecclesia suis fidelibus prohibeat.

1 Non leuis est, nec parum damosa cum hereticis, & in- fidelibus communicatio, quae fit legendi eorum li- bros, ideoque merito Ecclesia suos fideles defendens a tali communicacione abstinere prohibuit. Primo in Bulla Cae- ciliae, clausula prima sub poena excommunicacionis Ponti- ficis recitatur, prohibendum est omnibus Christi fidelibus, ne ha- reticorum libros haereticos continentes, vel de religione tractan- tes, sine auctoritate Sedis Apostolicae sciant legere, aut re- citare, imprimere, seu quomodolibet defendere, ex quavis causa, publice, vel occulte, quous ingenio, vel colore. Haec prohibicio extensa est in aliquibus decretis Pontificis. Nam Sixtus V. in quadam Bulla, quae est vigesima prima in ordine eius in Bullario, sub excommunicacione libri reuerata prohi- buit libros Astrologiae, seu de diuinatione tractantes, quibus fides contingit intenduntur cognosci. Clemens VIII. in indice librorum prohibitorum sub excommunicacione, non tamen sibi reuerata, prohibuit haereticarum libros, etiam si de religione non tractent, nisi prius expurgentur. Item li- bros auctorum, qui sunt de haeresi suspecti, imo & Catho- licorum, quibus aliqua sunt haereses admixtae, quique ex- purgatione indigent, prout latius in supradictis regulis habe- tur, quae adducit Azor tom. 1. in institutionum moralium, lib. 8. cap. 16. quae 14. Insuper pro regnis Hispaniae extat consti- tutio Nouissima Pauli V. quae incipit, Cum sciet accepimus, in qua prohibentur omnes libri, qui expurgatione indigent, sub censura Pontifici, vel Inquisitori generali reuerata: qui autem sunt hi libri per regulas redeoim generaliter explicantur, quae apponit in initio expurgatorij.

Circa hanc prohibitionem quatuor inquirunt Doctores. Pri- mo, qui libri comprehendantur sub his prohibitionibus, spe- cialiter sub prohibitione Bullae Caeeciae. Secundo, quae lectio, retentio, impressio, vel defensio sufficiat, & necessaria sit ad in- currendas penas. Tertio, quibus personis facta sit prohibitio. Quarto, an delinquentes aliis penis praeter excommunicacio- nem afficiantur.

§. I.

Expenditur prima difficultas, de qualitate librorum prohibitorum.

- 1 Librorum hereticorum in Bulla Caeeciae prohibentur.
2 Non comprehenditur liber Catholicus, tamen si per ignoran- tiam erroribus mixtus sit.
3 Comprehenditur liber manuscriptor.
4 Comprehenditur ne epistola concilio, quae sit, aliaque breuis scriptura? Affirmandum est comprehendendi.
5 Non videtur oppositum probabilitate cavere.
6 Intra expurgationem Romanam certum est haec omnia prohiberi.
7 Sub prohibitione Bullae solum comprehenduntur libri here- ticos haereticos continentes, vel de religione tractantes:

1 Clausula Bullae Caeeciae prohibet solum libros haeretico- rum, haereticorum, inquam, qui proprie sunt haereti- ci, quales sunt, qui a fide per Baptismum suscepta defecerunt. Quod si sint libri aliquorum, qui baptizati non sunt, (sua hac prohibitionem non continentur, quia ij non sunt haeretici Ec- clesiae subiecti, in quorum deestacionem, & punitionem haec prohibicio habetur, sic Suarez disp. 20. sect. 2. num. 11. sine. Sanchez lib. 2. in Decalog. cap. 10. num. 22. Farinacius de haeresi. haeec declarata, & denuntiata, sufficit si tales esse cognoscantur, sic Sanchez lib. 2. cap. 10. num. 24. Suarez disp. 20. sect. 2. num. 11. Ex qua doctrina inferitur primo, quod dicendum de libris Graecorum, & Armenorum, de suis ritibus tractantibus. Sanchez n. 27. & Farinac. n. 10. & Azor tom. 1. c. 16. q. 8. dicitur non esse sub libris haereticorum comprehensos, quia hi ritus non sunt ab Ecclesia tanquam haeretici habiti. At dicendum est, si auctores illorum librorum sunt vere haeretici (ve communicati solent esse) Graeci, & Armeni, quia à Romana Ec- clesia fide & eius obedientia secedunt, sine dubio sub praedi- cta prohibitionem Bullae Caeeciae comprehenduntur, quia iuncti-

Ferd. de Castro Sum. Mor. Pars I.

brum hereticorum de religione tractantes. Suarez disp. 20. de se- de, sect. 2. num. 12.

2 Secundo infero non esse sub hac censura Bullae Caeeciae comprehensum librum auctoris Catholicus, etiam si errores ali- quos per ignorantiam auctoris, vel per malitiam alicuius haereti- ci insertos habeat, quia absolute liber ille catholicus est, non haeretici, sic Suarez n. 13. c. 14. Sanchez c. 10. n. 25. Nauarr. c. 27. n. 56. Coninch disp. 18. de fide, dub. 11. n. 177. Limitat autem Sua- rez, & Coninch supra, nisi scholia, & errores ita creuerint, ut ex illis maior pars libri constare videatur, quia tunc liber à parte praecipua denominandus est, licet contra teneat Sanchez su- pra, & Bonacina disp. 2. de censuris, q. 5. p. 4. n. 6. & indicat Farinac. de haeresi, q. 180. n. 50.

Haec sunt attendenda prohibitionem Bullae Caeeciae: at attenda prohibitionem Clement. VIII. & Pauli V. quilibet liber infidelis, aut catholici, cui aliquis error insertus sit, legi, retinerique non potest, qui primum expurgatus sit, & emendatus ab his, quibus in expurgatione expurgandi cura commissa est.

3 Tertio infero, sub nomine libri manuscriptorum contineri, quia ad eam ratio, & verè liber dicitur, aliis facillimo negotio haec prohibitio eludi, & enervari posset, & ita ex com- muni sententia restat Suarez disp. 20. sect. 2. n. 10. Sanchez lib. 2. cap. 10. n. 28. & Doctores statim allegandi.

4 Quarto infero quid dicendum de breui scriptura, oratio- ne, concione, quae sitio. epistola. An, inquam, haec sub prohibi- tione Bullae continentur? Affirmant aliqui, ut probabilius, sic Suarez disp. 20. sect. 2. n. 10. Farinac. de haeresi quae 1. 80. n. 30. c. 31. Barth. Vgolin tract. de censuris, 2. part. in glossa ac eorundem librorum, n. 2. verbe nono in excommunicacionem. Mouentur, quia haec prohibitio librorum non est lex odiosa, sed fauorabilis, quia est in fauorem fidei, & defensionem Catholicorum. Ergo de- bet extendi, & non limitari ad librum, Secundo, quia in his est eadem ratio, & periculum peruersionis. Tertio, quia congrega- tio Concilij declarans decretum de editione librorum laicorum, sess. 4. dixit comprehendere sub illo decreto annotationes, le- ctiones, disputationes, conciones, & alia similia, nec non tracta- tus pertinentes ad deuotionem, & quierationem conscientiarum, stimulationes fratrum, & caetera huiusmodi, quae sibi inuicem communicant fratres, modo communicant ad effectum impi- mendii, sic Capucin. in cen. pendio priuilegiorum mendicantiu, verbo imprimere. Emanuel Rodriguez, q. regul. 10. 2. q. 104. art. 1. sine. Gallet. in Margarita casuum conscientiae, verbo legere. Augustinus Barbosa de potestate Episcopi, 3. part. alleg. 90. fin. s. Quarto, quia haec omnia pars libri esse possunt salte aptitudine, Ergo hoc sufficit, ut sub prohibitionem libri comprehendantur. Probo consequentiam. Quae libet pars libri haeretici etiam si minima sit, & diuisa ab aliis partibus, sub prohibitionem cadit, ut sentit idè, Sanchez & omnes. Item procerium libri, & praefatio, seu epi- stola. Sed haec non alia ratione, nisi quia prohibito libro omnes partes quae fuerint illius libri, quantumcunque diuidantur, manent prohibita. Ergo etiam debent manere prohibita partes li- bri, quae possunt esse. Quinto, quia non est signata magnitudo, quae ad constituendum librum requiratur. Ergo concio, dispu- tatio, annotatio, quae decem folia habeat, liber dici poterit. Sex- to, quia nomen libri gratia frequentioris vsus videtur appositum, non quia partes, ex quibus liber componitur, excludantur.

5 Nihilominus est supradicta sententia in praxi tenenda sit: at credo probabile esse sub censura Bullae has breues an- notationes, lectiones, disputationes, conciones non comprehen- dit sic Sanchez lib. 2. in Decalog. c. 10. n. 29. Duard lib. 2. in can. 1. q. 44. n. 6. Bonacina disp. 2. de censuris, q. 5. punct. 4. n. 18. Mouentur quia haec in communi modo loquenti libri non reputantur. Neque obstant fundamenta contraria. Non primum, quia haec lex reputanda est penalis, & odiosa: nam licet in fauorem fidei, & defensionem fidelium ordinata sit, quia tamen immedia- ta materia non fauorem, sed grauumen continet, scilicet pri- uare fidelem, etiam in fide firmum, lectionem librorum haeretico- rum, & sub graui poena, odiosa, & penalis est reputanda, non fauorabilis. Alias omnis lex penalis, quae latrones, & homicidae puniuntur, fauorabilis esset, etiam ad bonum reipublicae, & defen- sionem innocentium ordinatur. Adde etiam concedamus esse le- gem fauorabilem non videtur extendenda vna proprietatem verborum: sub nomine autem libri haec annotationes, dispu- tationes, & epistolae non continentur. Ergo Secundo non obstat: tum quia non militat eadem ratio, siquidem libri diuici per- manent, & magis euulgantur: tum quia esto militaret, non com- prehenditur sub verbis legis. Tertio admitto libenter sub illo decreto Concilij Tridentini, annotationes & scholia, dispu- tationes, & alia similia comprehendendi, ex eo quod illud decretum sit explicatio, & renouatio decreti Concilij Lateranensis, sub Leone X. ubi expressè dicit, nullum librum aliquem seu aliquam quam- cumque scripturam, tam in verbo nostra, quam in alio quibusuis ciuitatibus, seu diocesis imprimere seu imprimi facere praesumat, nisi prius in verbo per vicarium nostrum &c. Ecce qua ratione comprehenduntur annotationes, quia Concilium Lateranense dixit quamcumque scripturam. Ex quo non seue desumitur argumentum sub prohibitionem Bullae has scripturas paruas non comprehendi. Et confirmo, si sub nomine

DE ASTROLOGIA LIB. I.

nomine libri hæ paræ scripturæ comprehenderentur, non liceret eas publicare, sine nomine authoris subscripti, quia Concilium expostulavit: at communis usus obtinuit, vt hæ sine nomine authoris comunicentur, vt testatur Azor tom. 1. lib. 8. cap. 17. *quæst. 4. fin.* Ergo. Quod autem hæ sine approbatione imprimi, & communicari non possint, non est, quia sub nomine libri comunicantur, sed quia continentur sub nomine cuiuscumque scripturæ, quæ imprimi, & publicari non potest absque approbatione, ex lapidato Lateranens. Concilio, & tradit. Azor *suprà q. 2. Neque obstat.* Quarto, concedo omnia illa partem esse posse libri, sed quia nec sunt, nec unquam fuerunt, ideo nunquam sunt prohibita illa clausula Bullæ Cænar, secus de præfatione, quæ de facto cum aliis librum prohibentur composuit, quia prohibito libro, & partes prohibita manent. Ad quoniam fateor disputationem, & lectionem decem fo ia continentes librum esse, & sub prohibitione Bullæ Cænar cadere. Ad vitium nego gratia frequentioris usus nomen libri fuisse appositum, sed quia in libro maius periculum inuenitur, & factus hæreses tentantur, difficiliusque cognoscuntur.

6. Ceterum si prohibitionem expurgatorij Romani, ex decreto Trident. editi, & expurgatorij Hispani attendamus, hæc omnia si ab hæreticis sint composita, quamvis errorem non contineant, sunt prohibita sub pena excommunicationis ipso facto, quousque examinata, approbataque sint.

7. Quinto infero sub prohibitione Bullæ Cænar comprehendi solam eos libros hæreticorum, qui vel hæresim conditionibus sufficit, vt sub prohibitione comprehendantur, vt de se constat. Circa quæ verba est aduertendum, si liber solam vnam hæresim contineat, etiam si totus liber de re profana sit, illa sufficit, vt totus liber prohibitus maneat, quia verè liber est continens hæresim, Neque requiritur, vt ex professo liber tractet de hæresi, ita vt argumentum libri sit de hæresi, sufficit, si hæresim contineat, quia hoc tantum Bulla requirit. sic Bonacina *disp. 2. q. 5. p. 4. num. 19.* Coninch *disp. 18. de fide. dub. 11. n. 177.* Sanchez *lib. 2. cap. 10. n. 35.* Suarez *tom. 5. de censur. disp. 11. sect. 2. n. 10.* *de fide disp. 20. sect. 2. n. 16.* Farnac. *q. 180. de hæresi. n. 22. sine.* quamvis Grassi *lib. 4. de cens. cap. 18. n. 40. & 50.* requiratur, vt de hæresi liber ex professo tractet, sed immerito hoc requirit, & contra communem.

Neque valet si tu ab illo libro hæresim expungas, quia particu- laritatis expulsiō non tollit communem libri prohibitionem, sic Sanchez *lib. 2. cap. 10. n. 35.* Bonacina *n. 19.* Dicitur autem de religione tractare liber, si tractet de Scriptura sacra, aut aliqua illius parte de Theologia Dei, & Sanctorum, de recta morum institutione, & de his contrariis. Requiritur tamen, vt ex professo, & ex immituto de his tractet, non obiter; aliis non cadet sub prohibitionem: sic Sanchez *num. 21.* Suarez *suprà Farnac. n. 32.* Coninch *suprà Verum si prohibitionem spectes expurgatorij Romani editi iussu Clement. VIII. & Bullam Pauli V. pro regnis Hispaniar, & Inqui. s. f. r. o. r. i. s. generalis. mandatum, prohibitus est quicumque liber hæreticorum, etiam si de religione non tractet, neque hæresim contineat, nisi prius a probetur, & examinetur per ibidem signatos, quia Ecclesia intendit, ne filij sui ex tam turbido fonte veritatem eliciant, nève auctoritatem aliquam tribuant iis, qui à suo gremio recesserunt: sic, aliis relatis Farnac. *n. 22.* Sanchez *num. 26.* Coninch *disp. 18. dub. 11. n. 79.* Azor *tom. 1. lib. 8. cap. 16. quæst. 14.**

## §. II.

Expenduntur actiones prohibite in Bulla Cænar, aliisque decretis circa supradictos libros.

1. Enumerantur actiones, & quæ ignorantia excuset ab incurrenda censura.
2. Quid sub nomine lectionis intelligatur.
3. An si alium audias legentem, vites censuram? Proponuntur varia sententia.
4. Probabilis videtur oppositum.
5. Soluuntur rationes contraria.
6. Examinatur, an excusetur à censura, & peccato mortali ob paritatem materia, & quæ hæc sit.
7. Prohibetur retentio horum librorum.
8. Quid si ad consultandos errores, absque periculo peruersis opinis retineas.
9. Tenendum est te censuram incurere.
10. Quid si breue tempus retineas. Apponitur sententia Suarez.
11. Quid sentiendum sit.
12. Excusas Bullæ censuram si statim comburis, sed non vitas excommunicationem latam à Iulio III. & à Paulo V.
13. Prohibetur impressio horum librorum: & qui sub hac actione comprehenduntur.
14. Tandem prohibetur defensio librorum.

15. Quid de transpositione, venditione, asportatione librorum hæreticorum.

1. Actiones prohibite sunt, lectio, retentio, impressio, defensio, venditio, emptio, & asportatio. De singulis breuiter est dicendum, & pro omnibus aduertendum est, ob has actiones non incurri censuram, nisi scienter fiant; quia ita cauetur in supradictis decretis. Quapropter si detur ignorantia vel prohibitionis, vel censura, peria incurrenda excusatur, vt constat ex dictis de legibus, & censuris, & in præsentia tradit Suarez *disp. 20. sect. 2. n. 17.* Sanchez *lib. 2. Decalog. cap. 10. num. 38. & 39.* Farnacius de hæresi, *quæst. 180. num. 44. & 45.* & alij ab eisdem relati. Adde non solum ignorantiam vicumque excusare, sed ignorantiam crassam, & affectatam, modò non sit ingens temeritas; quia laborans illa ignorantia scire dici non potest. Si autem adsit ingens temeritas, iam adsit scientia, quia hæc non contingit sine graui suspitione malitiae, sic Sanchez *lib. 2. in Decalog. cap. 10. num. 32.* Durand. *lib. 2. in canon. 1. quæst. 36. n. 3.* Bona in *disp. 2. de censur. q. 5. punct. 4. n. 8.*

2. Prima actio prohibita est lectio, non exterior, & materialis, quæ solum verba perficit, sed formalis, quæ sensum verborum intelligit, quia hæc sola est lectio propria quamvis Bonacina contrarium sentiat *disp. 2. de censur. q. 5. p. 4. n. 14.* sed non est audiendum, quia in contrarium stat communis sententia, vt ex Doctoribus statim referendis, & ex relatis constat. Non tamen est necessarium, vt verbis profers rem lectam, sufficit si vili, & mente scripta percipias, sic Sanchez, relato Vgolino, Grassi, & aliis *lib. 2. cap. 10. num. 41. & 51.* Suarez *disp. 20. sect. 2. n. 18.* Bonacina *disp. 2. de censur. q. 5. p. 4. n. 12.* & omnes communiter.

3. Difficultas est, an vites censuras, si alium legentem hos libros audias? Negat absolute Suarez *disp. 20. sect. 2. num. 9.* etiam si legentem ad lectionem non induxeris, Mouetur primum, quia idem est periculum in hoc modo legendi libros, ac in lectione facta per propriam personam. Secundo, quia ratio prohibendi lectionem medio vili, est, ne percipitur doctrina praua, & hæretica, sed per auditum efficacius percipitur Ergo quæ lectio per auditum est prohibita. Tertiò, lectio duplicem actionem includit, prolationem verborum, & illorum intelligentiam, & hæc secunda est præcipua, Ergo ratione illius potest dici verè legere.

Alij distinctiōne vtuntur, dicunt enim, si causa non es lectiois tuo consilio, aut mandato non esse comprehendendum; secus vero, si aliquo modo ad legendum induxeris. Priorem partem probant, quia tunc nequaquam proprie dici potest legere, etiam per alium; siquidem alius non nomine tuo legit, neque lectio illius tibi tribui potest, quando consilis, mandatis, vel inuocis, vete dici potest legere medio alio, quòd videtur sufficiens, vt sub nomine legentis comprehendatur præcipue in prohibitione respiciente bonum commune, & defensionem fidei, docent Azor *tom. 1. lib. 8. cap. 16. quæst. 4.* Sayrus *in thesauri casuum tom. 1. lib. 3. cap. 5. num. 14.* Grassi *1. p. decis. lib. 4. cap. 18. num. 45.*

4. Ceterum mihi probabilis apparet in neutro casu audientem legari hac prohibitione sic relato Vgolino docet Sanchez *lib. 2. cap. 10. num. 48.* Egidius Coninch *disp. 18. dub. 11. num. 178.* vbi ait non esse omnino improbabile inducentem ad legendum excusari à censura contra legentes lata; putat tamen certum, quando audiens non est causa lectionis Farnacius de hæresi, *quæst. 180. in summario. n. penult.* Reginald. Duar. Fil-lucius, & alij, quos refert, & sequitur Bonacina *disp. 2. de censur. quæst. 5. punct. 4. num. 11.* Ratio est, quia leges penales extenacæ non sunt vltra propriam significationem; sed sub verbo legentis non comprehenditur audiens legere, etiam si ad legendum induxerit, quia inducto ad legendum non est lectio, neque etiam auditus est lectio, quia legere proprie est vili, & mente scripta percipere. Ergo ob auditum lectionis, cuius audiens causa fuit, nequit sub prohibitione aduersus legentes comprehendere.

5. Ex qua ratione soluantur fundamenta contraria. Ad primum pro sententia Suarez nego esse idem periculum in auditu ac in lectione, quia auditus non potest esse sine alio, secus verò lectio; & non ita facile committitur peccatum, cum indiges tercio, quom solum potes efficere. Ad de eoucello gratis esse idem periculum, si auditus non comprehenditur sub lectione, nequit prohibitio ad auditum extendi.

Ad secundum dico rationem prohibitionis esse, ne percipitur doctrina hæretica medio ita facili, & secreto, quia est lectio, cuius facilitas, & secretum in auditu esse non potest.

Ad tertium admitto perceptionem sensuum, & verborum esse præcipuam partem lectionis; at nego sine perceptione per vili proprium dari posse lectionem. Argumenta illius sententia: media soluta manent dicendo improprie & metaphorice dici auditum lectionis esse lectionem per alium, & cum audis legere per alium, & in legibus penalis non debet fieri extenac ad sensum proprios, Famulus autem de mandato domini legens, si sensum verborum percipit, non est dubium, quin incurat in excommunicationem contra legentem, nisi

mi foret grauis damni periculo excusetur : sic omnes Doctores supra citati.

6. Secundo dubitatur, an excusetur a censura, & peccato mortali ob paritatem materiae, & quae hæc sit? Negant plures te excusari, sic Vgolin. tractat. de censuris 2. part. in glossa, ut coramdem libris, num. vers. 8. Tolet. de instrum. Sacerdot. lib. 1. cap. 19. n. 9. præcipue in casu, quo intendit plura folia libri hæretici legere, & penitentia ductus post paucas lineas relinquit: Et ratio esse potest, quia iam illa actio exterior est peccatum mortale. Ergo sufficiens ad incurrendam censuram. Nihilominus probabilius sentio, qui paucas lineas legeret, etiam si prius animum habuisset plura legendi, non contrahere censuram; quia licet lectio illa sit peccatum mortale, non est mortale ex ratione lectionis exterioris, sed ex voluntate, quæ contra fuit, sicut si animo plura furandi assumeres assensum; & statim desisteres; peccatum mortale committeres, non ex exteriori furto, sed ex praua intentione plura furandi. Excommuniatio autem non intentionem punit, sed executionem illius; in executione autem non est materia grauis peccati mortalis, quia regulariter non videtur esse graue periculum peccationis in lectione quatuor, vel decem linearum: sic Suarez disp. 20. sect. 2. num. 20. Sanchez lib. 2. cap. 10. num. 31. Cominch. de susp. 18. dub. 11. num. 179. fine. Bonacina disp. 2. de censur. par. 1. punct. 4. num. 13. Azor tom. 1. lib. 8. cap. 16. quest. 3. & in eisdem relati.

Hanc autem materiam paritatem extendunt aliqui ad vnam paginam libri in folio impressi, eo quod non videatur in tam leui lectione adesse regulariter graue periculum, sic relaxo Esau, Viualdo, & Saa, docet Sanchez num. 31. fine. Cominch. de susp. 18. Farinae, de hæres. quest. 180. num. 13. videtur conuenire, si quidem refert hoc dictum Sanchez, nec reprobat. At Suarez, & Bonacina nimia hæc extensio videtur, quia est materia periculosa, in qua non sunt habende laxandæ.

7. Secunda actio prohibita est retentionis finis prohibitionis est, ne tales libri conferentur, neque sint in rerum natura: quare siue libri sint sui, siue alieni, si tamen illos retines, hanc legem violas, quia iam illos conferas. Et idem est, si apud alios copiosos haberes, quia vere retines, sic Gratias 1. p. de l. 4. e. 18. Durand. lib. 2. in can. 1. q. 51. n. 17. Bonacina n. 15. Sanchez lib. 2. e. 10. n. 31. Suarez disp. 20. sect. 2. n. 21. & omnes communiter.

8. Sed dubitatur primo, an excusetur ab hoc peccato, si ad confutandos errores siue periculo peruersionis illos retineas? Adhuc videtur aliqui, quatenus dicunt ex hac retentione non reddi hæresis suspectum tenentem supradictos libros: sic Itein. in cap. si quis Episcopus, in fine versic. pro quo infertur de hæreticis Abbat. tractat. de agnoscenda. assort. Catholice quest. 28. num. 4. & 5. Adde ad Rom. singul. 3. 2. incipiente, et 199. quod ad libri hæresis, versic. limita, nisi repetantur penes aduersum confutandi eos gratia Decian in tractat. crimin. lib. 5. cap. 3. num. 1. versic. limita primo, nisi confutandi gratia. & cap. 26. num. 26. & 27. Malcard de probat. lib. 2. concl. 862. n. 14. Ratio esse potest, quia hæc retentio non fauet hæresi, sed potius destruit. Ergo non debet sub prohibitione retentionis laicis hæresis comprehendi.

9. Ceterum hæc sententia retinenda non est, sed affirmanda potius, quocumque siue libros hæretici retineas, abique licentia eius, qui illam dare potest, te incurtere censuram, & sub eiusdem hæresis, vt postea dicemus: sic Pegna in add. ad Eym. dir. 1. inquisit. 2. part. comment. ad cap. fratrum de hæreticis, versic. in nisi vero. Vgolin. de censur. n. 199. aut penitentes, versic. quarto excommunicatione. Tolet. 1. i. i. i. cap. 19. num. 9. Sanchez lib. 2. e. 10. n. 53. Farinae de hæres. quest. 180. n. 39. & 42. Suarez disp. 20. sect. 2. num. 21. Ratio est manifesta, quia lex prohibet retentionem absolutam, neque enim curat qua intentione fiat. Adde in illa retentione, & restitacione ex propria voluntate accepta, esse potest periculum peruersionis: quia enim firmus esse præsumitur, læpè colit, & laqueis, quos existimabat facile dissolueret, comprehendit. Deinde est in tali retinente nullum esset periculum, sufficit generaliter adesse, & venenum conseruari, quod perire Ecclesiæ sua prohibitione intendit.

10. Tercio dubitatur, an ad hoc peccato, & censura excusetur, si breue tempus retineas per vnam, vel aliam diem, et suppositione, quod illos Inquisitori tradere possis. Nā si nihil apparet tibi fideitas, clarum est retentionem non esse malam, vt bene dicit Sanchez statim allegandus. In qua dubitatione Suarez disp. 20. sect. 1. num. 22. distinguit, si animo retinendi librum, absolute retineas, etiam si post horam peniteas, & Inquisitor tradas, censuram non effugies; secus vero si animo tradendi librum ex negligentia per breue tempus non tradas. Priorem partem probat, quia peccatum quod ex objecto, & circumstantiis mortale est, in momento committi potest, quia in voluntate consistit, non in mora: voluntas autem absoluta retinendi librum, peccaminosa est mortaliter secundum omnes, & ex illa procedit retentio exterior etiam brevissimo tempore. Ergo sufficit ad incurrendam censuram.

11. Nihilominus credo probabilius te non incurtere cen-

suram ob talem retentionem: sic docet Sayrus tom. 1. thesaur. casuum lib. 3. cap. 5. num. 16. Durand. lib. 2. in can. quest. 51. n. 53. Reginald. lib. 9. num. 256. Bonacina disp. 2. de censur. quest. 5. punct. 4. num. 15. Sanchez lib. 2. cap. 10. num. 55. Videtur consentire Farinaeus de hæres. quest. 180. num. 42. Ratiocinatio est, quia grauitas retentionis non desumitur solum ex libro, quia retinendus est, sed etiam ex tempore, quo retinendus est, quod inde constat: nam si haberes voluntatem retinendi vna hora librum, & statim illum tradendi, non video qua ratione quis dicere possit te grauem culpam commississe? Requiritur ergo ad retentionem grauem mora temporis: ergo si tempus, quo de facto retines librum, breue est, etiam si voluntatem haberes longo tempore retinendi, retentio illa exterior leuis censeri debet ad effectum incurrendi censuram; quia non incurritur censura ex voluntate retinendi, sed ex voluntate executioni mandata, quæ cum non sit integra, & in materia graui exercita, sed in materia leui, non sufficit ad incurrendam censuram, sicut dixi de legere paucas lineas. Et ex hoc fundamentum contrarium manet iocundum. Addendum est hanc excommunicationem extendi ad eos, qui partem libri hæretici legunt, sicut extenditur ad eos, qui partem libri retinent, sic Bonacina n. 15. fine. Sanchez vero cap. 12. num. 52. excusari retinentem vnum tantum folium, quia non videtur tam grauis materia in retentione, quam in lectione: non enim ita grauitur lædit retentio, quam lectio.

12. Tercio dubitatur, an excusetur a censura Bullæ, si cum primum agnoscis librum esse hæreticū, comburis?

Respondeo te excusari a censura Bullæ, quia combustio impedit retentionem in Bulla damnatam: sic Sanchez lib. 2. in Decalog. cap. 10. num. 56. Suarez de fide, disp. 20. sect. 2. n. 23. Farinaeus de hæres. q. 180. n. 40. fine. At contrariis excommunicationem latam in Bulla Iulij III. quæ incipit Cum meditatio, quam adducit Pegna in vlt. p. directorij fol. mibi 115. vbi post alia sic habet. Omnes, & singulos libros, Lutheranos, aut alios hæreticos, seu Lutheranos, aut falsam sectam in se continentibus, vel à nobis, & dicta Sede quomodolibet reprobatos, penes se eos ex quavis causa, etiam mercatura, & ex nostra, ac eiusdem Sedis permissione, ac licentia etiam specialia, vt præterit, penes eos existentes, Inquisitoribus hæreticæ prauitatis, in ciuitatibus, in quibus libri huiusmodi existunt consignare debeant realiter, & cum effectu, & contra inobedientes apponit excommunicationem, & alias penas aduersus hæreticos latas: & ne aliquis intelligeret supradictam Bullam loqui tantum de personis illo tempore existentibus libris prohibitis, Pius IV. in alia Bulla edita anno 1564. quæ incipit Locum pro manere, supradictam prohibitionem, & censuram extendit ad eos, qui postea habuerint. Idemque canetur in regul. Iudicis librorum prohibitorum autoritate Trident. ed. ti, & Pio IV. confirmat, & iussu Clement. VIII. renouat, & in Bulla Pauli V. pro Hispania regis, quæ habetur in principio expurgatorij. Fines autem huius mandati est, vt auctor libri cognoscatur, & errores, qui in eo sunt, melius emendentur. Quapropter Inquisitores, cum ad eos liber deferretur, intentio debet deferentem, unde habuerit, à quo acceptus: & ita tradunt Pegna in addit. ad Eym. 2. p. comment. 3. in cap. fraternitatis, de hæreticis, versic. propterea. Bonacina disp. 2. de censur. quest. 5. punct. 4. fine. Sanchez lib. 2. cap. 10. num. 56. Azor tom. 1. institut. vniuers. moralium lib. 8. cap. 16. quest. 11. Martin Delio disputat. magic. lib. 5. sect. 17. versic. sunt autem tales Farinaeus de hæres. quest. 180. n. 40. Augustinus Barbola 3. part. de potestate Episcopi, allegat. 90. num. 5. Suarez de fide disp. 20. sect. 2. num. 23.

13. Tertia actio prohibita est impressio, sub qua comprehenduntur omnes illi, qui propter illius causam sunt, quique vere imprimere dicuntur: quos optime enumerat Vgolin. de censur. Papa reseruat. 2. part. cap. 1. ubi bo imprimentes Sanchez lib. 2. cap. 10. num. 58. Suarez de fide, disp. 20. sect. 2. num. 24. Et enim affirmant comprehenduntur primò componentes litteras, preparantes papyrum, & atramentum, prementes torcular, & similia: & in his nullus dubitat, cum hæc sint immediatè causa impressionis. Secundo patronum efficiat, etiam si propriis manibus non laboreat, quia vere imprimere dicitur, & impressor nominatur. Tertio autem horem libri, seu eum, in cuius nomine liber imprimitur, quia in communi modo loquendi hic est, qui imprimit. Negant tamen comprehenduntur eum, qui expensis pro impressione faceret, quia hic valde remotè ad impressionem concurrat, nec imprimere dicitur, neque impressor nominatur. Et idem est de eo, qui litteras atreas, atramentum, papyrum, & reliqua ad impressionem necessaria doceat, vel vendit; sunt enim hæc actiones nimis remotæ. Et idem iudicant supradicti Doctores de correctore, quia hic non tam imprimit, quam impressum suscipit; subito tamen de hoc, quia licet cottigat, & incipiat impressionem, & ex relatione ad impressum, quod suscipit, si tibi fitteretur, non videatur sub imprimente comprehendendi: at quatenus eius inspectio & correctio iuvat ad illum impressum iterum emendare in primendum, comprehenduntur videtur. Adde comprehenduntur saltem sub

DE  
ASTERO  
ALDAR  
TOMI  
LIB.

sub actione legendi, quia verè librum legit. Denique est aduertendum eos, qui remotè ad impressionem concurrunt, posse fautores hæreticorum esse, si eas actiones præstent, vt hæresi fauant: sic Sanchez *suprà*.

14 Quarta actio prohibita in Bulla Cœnæ Domini, est defensio, siue publica sit, siue occulta librorum hæreticorum quouis ingenio, vel colore facta. Hæc autem defensio, & verbis, & factis concingere potest: factis contingit, si librum oculos, aut alio modo impedit, ne comburatur, nè iudicibus fidei tradatur. Sic Sanchez alios referens, *lib. 2. cap. 10. num. 58*. Suarez *disp. 20. sect. 2. num. 25*. Verbis contingit, si rationes quæras, vt persuadeas librum hæreticè non esse comburendum. Item si argumenta dissoluas, quibus impugnatur, vel in sui fauorem rationes inuestiges: etiam si hæc omnia occultè, & solus facias & occasione inquirendæ veritatis: sic Sanchez, & Suarez *suprà*. Sed quid si diceretur: Hic liber optimus est, lectula hæresi, vel non prohibitione, aut combustione dignus? Affirmat Suarez *num. 25*. esse defensionem, quia iam verbis defendis; credo intelligendum esse, quando coram aliis affirmat, secus si nullus audit: tunc enim nulla videtur esse illius libri defensio. Neque obstat, si scriptis in tuo cubiculo librum laudes, vocari defensionem, quia scriptura est quid permanens, & per illam continuò defendis, at verba transeunt: sic tradit Vgolinus *de censur. Papa. reservat. 2. part. c. 1. verbo ac eorum quomodolibet defendentes, num. 2. vers. 3. Sanchez num. 58*. Si autem liber de religione tractat, neque vllam hæresim contineat, non censendus est defensor illius ex eo solum, quod eius doctrinam laudes; quia laudas, quod bonum est; & idem est, si laudes styllum, ingenium, & modum procedendi: at cautè debes procedere, ne videaris auctori fauere, nè intendere minus bene ab Ecclesia esse prohibitum: sic Doctores *suprà* relaxi, & Farinacius *de hæresi, quaest. 2. 80. n. 12*. Insuper dubitant Doctores, an dicaris defensor, si solum dicas te velle defendere hunc librum? Negant Farinac. Sanchez, & Vgolin. *suprà*; quia id solum est significare animum defendendi, non defendere; secus verò si iam in proximitate esses, & prouocares, ad certamen; quia ipsamet prouocatio, & ad certamen præparatio, est defensio quedam. Ego verò in vtroque casu crederem esse defensionem, regulariter loquendo: quia illa voluntas sic significata retrahit impugnatores, & quali illos difficiliore reddidit librum subuertere, cum videant habere patronum: quare licet hæc significatio non sit defensio per certamen, sed illius significatio: illa tamen significatio est quedam defensio.

15 Quinto loco possumus de aliis actionibus dubitare, an sub prohibitione Bullæ comprehendantur: scilicet de transcriptione libri hæretici, de quæ illius venditione, a portatione & emptione?

Respondeo hæc actiones, etsi expressè in Bulla Cœnæ non continentur, sub lectione, retentione, vel defensione contineri. Transscriptio enim libri, cum lectione libri, illiusque retentione coniuncta est. Eadem est de a portatione, emptione & venditione, quæ absque retentione fieri nullatenus possunt. Adde decretis supradictis Iulij III. Pij IV. Clementis VIII. & Pauli V. excommunicationem, & pœnas alias contra vendentes, ementes, & a portantes hos libros latas esse, vt constat ex his quæ adducit Pegna *2. part. director. comment. 3. ad cap. fraternitatis, & comment. 17. ad cap. nouerit, de sentent. excomm. & Farinacius q. 180. n. 15. & seqq.*

## §. III.

Circa quas personas cadat hæc prohibitio legendi, & retinendi hæreticorum libros.

- 1 Omnes comprehenduntur.
- 2 Ex speciali priuilegio Inquisitores eximuntur.
- 3 Extenditur facultas ad commissarios.
- 4 Limitatur doctrina in regno Hispania.
- 5 Nullus præter Pontificem dare potest facultatem legendi libros hæreticos.

1 Constat ex Bulla Cœnæ quascumque personas quacumque dignitate, siue Ecclesiastica, siue seculari fulgentes, comprehendunt. Vnde comprehenduntur Episcopi, Archiepiscopi, Primates, Patriarchæ, Cardinales: & ex secularibus etiam Rex, & Imperator; quia in iis, quæ ad religionem, & bonum fidei pertinent directioni Ecclesiæ subduntur.

2 Solum est difficultas, quibus ex speciali priuilegio hoc licitum sit?

Cui difficultati respondeo nemini alteri præter Inquisitores hæreticæ prauitatis esse generaliter concessum: constat ex Bulla Iulij III. *suprà* relata, & ex Bulla Pauli V. & Pij IV. quas omnes adducit Pegna *in fine directorij, inter litteras Apostolicas, fol. mibi 115. & 129*. reuocante omnes facultates Episcopis, & aliis quibuscumque personis concessas, Inquisitoribus, & commissariis exceptis. Ex qua exceptione inferunt plures Doctores

Inquisitores, & commissarios facultatem habere legendi, & retinendi hæreticorum libros. Nam licet in supradictis Bullis positum illis hæc facultas concessa non sit, sed solum excipiantur à reuocatione generali, illa exceptio videtur esse tacita concessio: sic tenet Pegna *director. 2. part. comment. 3. ad cap. fraternitatis, de hæresi, vers. iam hæc prohibitio*. Vgolin. *tractat. de censuris, 2. part. in glossa aut pertinentes, §. 1. vers. tertio in excommunicationem*. Azor *tom. 1. lib. 8. cap. 16. quaest. 13*. Grassis *lib. 4. de eis, cap. 18. num. 45. fine*. Martin. *Delicio disquisit. magic. lib. 5. sect. 17. vers. solis Pontificibus*. Farinacius *de hæresi, q. 180. n. 43*, etiam contra videtur sentire. Thomas Sanchez *lib. 2. c. 10. n. 46*. Barbosa *de potest. Episcopij, allegat. 90. n. 8*. Suarez *disp. 20. de fide, sect. 2. n. 28*, affirmant namque illam exceptionem non esse concessionem tacitam.

3 Supradictam facultatem legendi libros extendunt Grassis, Pegna, & Farinac. ad commissarios inquisitionis non solum à Sede Apostolica constitutos, sed etiam constitutos ab ipsis inquisitoribus, quia absolute dici possunt à Sede Apostolica constituti.

4 Limitanda hæc omnia sunt in regno Hispania, vbi solum Inquisitor generalis habet potestatem legendi libros hæreticos, & cui ipse committit, non alius, constat ex Bulla Pauli V. apposta in principio Expurgatorij.

5 Ex his constat neminem à Pontifice, aut cui ipse expressè concesserit, posse dare facultatem legendi libros hæreticos hæresim continentes, vel de religione tractantes, quia in dicta Bulla Cœnæ sibi Pontifex reservat: & Ita neque Inquisitores, neque Episcopi hæc facultatem dare possunt: sic Pegna *dictis comment. 3. vers. nunquid autem*. Sanchez *num. 43*. Farinacius *n. 37*. Azor *lib. 8. q. 7. & 12*. Barbosa *n. 7*. Concilium autem Cardinalium Sede vacante facultatem concedere nemini poterit, nisi tam graue, tamque cuius periculum immineret, vt omnibus & singulis Cardinalibus videretur celeriter esse occurrendum, quia in his quæ ad potestatem, & iurisdictionem Pontificis pertinent, non possunt se alia via introrittere, vt constat ex *Clemente Romano, de elect. & tradit Sanchez num. 44*. Suarez *disp. 20. de fide, sect. 2. n. 28*.

Dixi non posse Episcopos, neque Inquisitores facultatem concedere legendi libros hæreticos hæresim continentes, vel de religione tractantes. Nam si libri de religione non tractent, neque hæresim contineant, aut ab hæreticis conscripti fuerint, dum erant Catholici, aut postquam Ecclesiæ fuerunt reconciliati, optime possunt Inquisitores dare cui visum fuerit facultatem legendi: sic Azor *tom. 1. lib. 8. cap. 16. quaest. 12*. Pegna *2. part. comment. 3. ad cap. fraternitatis, vers. quædam*. Farinacius *de hæresi, quaest. 180. num. 37*. & habetur *2. reg. expurgatorij Romani*.

## §. IV.

De pœnis impositis harum legum transgressoribus.

- 1 Afficiuntur excommunicatione reseruata Sunt de hæresi suspecti, & tanquam hæreticorum fautores puniendi sunt.
- 2 Componentes scienter librum hæreticum, vt hæreticum puniendus est.
- 3 Transcribentes suspensionem hæresis contrahit.
- 4 Imprimentes vltra excommunicationem, tanquam fautores puniendi sunt pœna arbitraria.
- 5 Retinens, vendens, defendens, a portans libros hæreticorum suspectus est de hæresi.
- 6 Arbitrio iudicis relinquuntur, an suspicio sit leuis, vobemem, vel violenta.
- 7 His pœnis solum fideles baptizati afficiuntur.

1 Constat scienter legentes, retinentes, imprimentes, aut defendentes hæreticorum libros de religione tractantes, vel hæresim continentes, esse excommunicatos, excommunicatione reseruata in Bulla Cœnæ clausula prima. Secundo constat de hæresi esse suspectos sic legentes, retinentes, &c. Tertio reputari hæreticorum fautores. Vt autem hæc plenus cognoscantur, pro foro externo breuiter singula perstringimus.

2 Et primo dicendum est de componente librum, in quo hæreses continentur: is enim si ex proposito hæreses scripserit, & defensori, vt hæreticus puniendus est, quia est verè hæreticus, cum scienter contra Ecclesiæ sensum doceat, & moti cum deliberatione, quam si verbis hæresim protulisset. Quod intelligendum est, etiam si in principio libri protestationem fecerit, quia contrario facto eam abrogauit; secus verò dicendum est, si non ex proposito, sed quasi per transcursum scripserit hæresim; præsumitur enim non ex malitia, sed ex ignorantia (scilicet; præteritum si res obscura erat; & difficultis, & protestationem fecit, vel alias Catholicus, & probus communi hominum opinione habetur: sic tradunt Pegna *director. 2. p. com. 3.*

ad cap. fraternitatis. versic. horum tame. sententia. Azor. tom. 1. lib. 8. cap. 16. q. 10. in medio. Farinac. de haresi. q. 80. n. 16. & 17. Malcard. de probation. conclus. 862. n. 3. & alij. Idem iudicium est de falsantibus, seu corruptoribus Catholicorum libros, p. nota dogmata illis miscendo: sic docent Pegna 2. p. 45. Pegna direct. 2. p. com. 17. versic. sed hanc sententia. & segg. Farinac. n. 18. licet tamen ab hac suspitione excusari possit, primo si statim post scripturam libros combusserit, aut lacerauit. Secundo, si nulli domini, & metu inculso non ausus fuit deventicare. Tertio, si tanquam discipulus putavit maleitiam, & veniam sibi non adesse. Quapropter prudentis arbitrio hac omnia expendenda sunt, vt qualitas cuius cognoscatur, & iuxta illam grauis, vel leuis, aut nulla suspicio habeatur. sic Azor, Pegna & Farinac. & alij supra.

4 Tercio dicendum de imprimendis illos, qui vltra excommunicationem tanquam fautores hereticorum puniendi sunt penam arbitria, vt statuit Pius V. ad indicem librorum prohibitorum reg. 10. sic Farinac. num. 19. Menoch. cent. 6. casu 549. Vigilia. de censur. 2. p. in glossa imprimendis. Pegna 2. p. com. 17. et. 1. in fine. Aduertendum insuper, ex constitutione Leonis X. in Concilio Lateranensi, quae incipit, Inter sollicitudines, edita anno 1515, prohibetur esse omnibus typographis, ac libris, & aliis scripturis, quaecumque sint, etiam si heresim non concitant, nec de religione tractent, in vrbe impendant absque examinatione, & approbatione in scriptis obiecta tibi Vicarij, & Magistri sacri Palatii, & in alijs diocesis absque approbatione Episcopi, & Inquisitoris haereticae prauitatis. Qui autem secus praesumpserit, vltra librorum impressorum amissionem, & illorum publicam combustionem & ducatos centum fabricae sancti Petri, per annum ab exercitio imprimendi suspenditur, & excommunicationem ipso facto incurrit, referuam solum Episcopo ex vi huius decreti; & crescente eorum contumacia poene augenda sunt ad Vicario in vrbe, & ab Episcopis alibi. Concilium autem Trident. sess. 4. de decreto de editione librorum, sub eiusdem poena cauet, vt nemini liceat imprimere, vel impium facere quolibet libros de rebus sacris sine nomine auctoris, necque illos in futurum vendere, aut etiam apud se retinere, nisi prius examinati, probatique fuerint ab ordinario, quae quidem licentia in scriptis habenda est. Quod si volentes imprime regulares fuerint, indigeant licentia & approbatione suorum superiorum. Hec Concilium. In regno tamen Castellae lege regia vii recepta sufficit licentia supremi Concilij, de cuius mandato examinatur prius liber ab aliquo viro docto. In vrbe Vicarius remittit librum videntum Magistro sacri Palatii, cuius licentia habita typographus imprimi, praefixa in principio libri sola clausula, De licentia superioris, aut aequipollentis in regno Portugaliae tenetur decretum Concilij Lateranensis, non enim sibi imprimitur liber, nisi obiecta licentia ab Ordinario, & Inquisitoribus, subdit deinde Concilium. Qui autem scripto eos (id est, supradictos libros) communicant, vel euulgant, nisi ante examinant, probatique fuerint, eidem poenis subiacent, quibus impressores. Sub quibus verbis, vt supra dixi, congregato Cardinalium declarauit intelligi conciones, annotationes, quaestiones, & alia similia, quae communicantur ad effectum, vt typis mandentur; secus hoc sine cessante, tradit Man. Ro. tom. 2. q. 99. regul. q. 104. art. 1. sine, Barbosa alios referens. 3. p. de poss. Episc. alleg. 90. in fine.

Sed iniquos, au si imprimas librum falso nomine auctoris supposito, pecces aduersus hanc legem Concilij? Credo te peccare, quia vere ille liber est absque nomine auctoris, non tamen inconuenientia, quae Concilium intendit vitare in libris sine nomine auctoris procedunt, cum sub nomine ficto imprimuntur. Non enim auctor tunc conueniri potest, vt rationem reddat de doctrina asserta. Qua propter inter modos periculosos falsificandi libros hic enumeratur ad Pegna direct. 2. p. com. 17. ad cap. nouerit, versic. denique qualis sit, & segg. Farinac. de haresi, q. 180. n. 14.

5 Quarto dicendum est de recinentibus, defendentibus, alporantibus, vendentibus, & ementibus; si enim hi libros hereticorum, in quibus haereses distinctae sunt, scienter retinent, defendunt, alportant, &c. sine dubio haeresis suspecti sunt, quod multis rebus docent Pegna 2. p. direct. com. 3. ad cap. fraternitatis, versic. sed alter casus Martin. Deltio lib. 5. magia sect. 17. versic. etiam Menoch. de praesumpt. lib. 5. praesumpt. 6. n. 18. Farinac. de haresi, q. 180. n. 8. Azor lib. 8. c. 16. q. 10. Quod verum est, etiam si nunquam sic retinentes libros legerint, sic Decian. tra. crim. lib. 5. cap. 37. n. 55. Farinac. n. 20.

6 Sed an haec suspicio leuis, vehemens, violenta sit? vane Doctores, vt videre est in Farinac. n. 9. Pegna direct. com. 3. versic. an autem haec suspicio, Probabilis mihi videtur arbitrio iudicis remittendum esse, qui pro qualitate circumstantiarum

aliquando de leui, aliquando de vehementi, aliquando de violenta suspicione eorum condemnauit, sic Simanc. de Catholicis. In sit. tit. 38. n. 24. Zanch. tra. de haresi, cap. 7. n. 7. Albertin. tra. de agnoscent. assert. Cathol. quest. 28. n. 26. & 30. Menoch. lib. 5. praesumpt. 6. n. 18. Malcard. tom. 2. conclus. 862. n. 7. & segg. Parainus de orig. inq. sit. lib. 3. quest. 9. n. 147. Pegna, & Farinac. supra. Aduerto tamen aliquando ex retentione, vel alportatione librorum, nullam haeresis suspicionem oriri in recinente, aut alportante, quia probatur per indicia ferè manifesta omnino ignorasse quae vilitate in illorum librorum sic Ladius Zech in sum. 1. p. tit. de fide rubr. de haresi, cap. 11. n. 5. versic. tertia praesumptio. Pegnacem illo 3. versic. an haec suspicio, & com. 17. versic. eadem in scriptore, & latore. Farinac. q. 180. n. 9. Quocirca vt sic retinens, vel alportans libros hereticorum suspectus de haeresi sit, & vt talis possit torqueri, & ad purgationem condemnari, debet esse male famae, male vitae & conditionis, aut aliàs de haeresi difamatus; sicus vero si bonae vitae, & famae sit, neque vnquam de haeresi suspectus, sic Albert. supra num. 25. & 26. Pegna com. illo 3. versic. an autem haec suspicio. Farinac. numer. 48. Malcard. num. 10. Decian. tra. crim. lib. 5. cap. 46. num. 26. in fine & alij.

7 Tandem placet aduertere supradictas omnes poenas intelligendas esse pro fidelibus baptizatis, quia ij solum sunt Ecclesiae subiecti. At Iudaeis non baptizatis si temporalis Christianorum dominio subdantur, prohibiti sunt libri haeretici, & nostram religionem impugnantes, vel eorum falsam perfidiam defendentes iuxta constitutionem Iulij III. edita anno 1554. incipiente, Cum scit, & iuxta constitutionem Gregor. XIII. edita anno 1581. incipiente, Antiqua Iudaorum, Poenae autem pro qualitate criminis arbitrio Inquisitoris imponendae sunt, sic Pegna 2. p. direct. com. 3. ad cap. fraternitatis, versic. postremo, fol. mihi 94. Butarius lib. 1. consil. 90. n. 1. & 2. Simanc. de Catholicis. In sit. tit. 35. rubr. de Iudaeis, num. 1. Farinac. de haresi, q. 180. num. 10.



DISPUTATIO III.

De haresi, & Apostasia à fide.

Superiori disputatione egimus de his, quae communia sunt infidelibus baptizatis, & non baptizatis. In praesenti disputatione agendum est de his, quae specialiter infidelibus baptizatis conueniunt. Ij enim tantum (vt iam diximus) Apostatae dicuntur, qui deserunt fidem solemniter rite Ecclesiae receptam, siue illam deserant, Paganismo, Iudaismo, aut haeresi.

PUNCTVM I.

Quid sit obiectum haeresis, & apostasiae à fide.

- 1 Propositio contraria fidei est haeresis.
2 Distinguitur varia contradictio, quae potest esse.
3 Propositio haeretici animo admodum contrarietatem habet cum obiecto fidei.
4 Propositio erronea contradicit obiecto fidei, non immediate, sed mediate.
5 Haeresim sapit propositio, quae per consequentias moraliter certas obiecto fidei contradicit.
6 Male sonat propositio simplicem sensum habens, Catholicum, & haeticum, & frequentius in malum accipitur sensum.
7 Temeraria quae sine regulae rationis procedit.
8 Scandalosa, si occasio sit alteri errandi, vel male de suis sentiendi.
9 In qualificandis propositionibus etiam committi possunt supradicti defectus.

VT definitionem haeresis, & apostasiae à fide colligamus praemittenda est cognitio obiecti, seu, materiae, circa quam versatur. Materia ergo, & obiectum haeresis est, quod obiecto fidei immediate repugnat: cum D. Thom. communiter receptus 2. 2. q. 11. art. 2. dixerit haeresim esse, quae fidem corrumpit, infertur sanè obiectum haeresis, obiectum fidei corrumpere, illique est contrarium. Ex quo fit quamlibet propositionem ex diametro oppositam propositioni fidei diuina credenda haeresim esse, quia est propositio destruens obiectum fidei, & fidem corrumpit.

Aliquibus placet non sufficere hanc directam contradictionem fidei, vt propositio haeretica sit, nisi accedat pertinacia in profertente; eo quod contradicere quis potest fidei obiecto ignotanter, quia ignorantia posita haereticus non est: sic docent Caieta

DE ASTRUCUM VALAY TOM. III.